





NAZ. CENTR.
204
10 B
6
R. BIBLIOTECA
VITT. EMAN. II
ROMA



Ex . . .



SYMMACHIA ADVERSVS EPITHESES

hostium fidei. Cui adiecta sunt duo colloquia, aduersus cæremoniarum diuini cultus oppressores edita.

Martino Pistore authore.




LVTETIAE,

Apud Gulielmum Cauellat, in pingui Gallina, ex aduerso collegij Cameracensis.

1 5 5 6.

Cum priuilegio.



REVERENDO IN CHRIsto patri, ac domino Do. Ludouico Carnoten. Antiſtiti vigilantiſſimo, & ſuo Mecœnati beneficentiſsimo, Martinus Piſtor Dominicanus, S. D. P.




Irabere forſitã (vir ornatiſsime) quòd innumerorum iam editis in lucẽ, aduerſus Lutheraniſmũ, doctiſsimorũ Theologorũ lucubrationibus, aperto (quod aiunt) marte (ſcripto exiſtima) eũdem infimus omniũ inceſſere præſumpſerim, ea minimé cõtentus pugna, qua in ſacris, tum cõcionibus, tum publicis lectionibus, tum cõtentioſis diſputationibus, eã (verbo) impietatẽ, pro viribus laceſsiui: Deſines (opinor) mirari, nec temeritudinis meipſum inſimulabis (reor) ſi inſtituti mei rationẽ exactius perpẽderis. Notũ ſit tibi (ſpectatiſsime vir) quòd quũ anno domini 1549, mihi ob ſacras conciones Aureliæ agenti oblatus eſſet codex Gallico editus ſermone, authore Ioanne Caluino, cuíq; inſtitutionũ vitæ Chriſtianæ titulus præſtitutus erat, præliminari actutum epiſtolæ, intentiores oculos admoui. Porrò eã bonæ quondã memoriæ regi Chriſtianiſsimo Franciſco huius nominis primo, cum toto inſtitutionũ volumine deſtinabat, quo eundẽ (indubiè) pelliceret. Eam au

tem quum ſtudioſè eſſem intuitus, tot impoſturis, tot Sycophantiis, tot blaſphemiis, tótque mendaciis, probris (adhæc) in Romanos pontifices, cæteróſque Chriſti eccleſiæ præſules, ac Clerum indiſcriminatim vniuerſum: Querelis (præterea) in Chriſtianos, Gallicanæ politiæ magiſtratus, ingentibus quoque Lutheraniſmi profeſſorum commendationibus refertam offendi, vt vehementer exaſperatus, ardentique fidei zelo ſuccẽſus, ſtatuerem, aduerſus Epitheſes iſtiuſmodi (quibus heu nimiùm multos miſerè pelliciũt) totis neruis, omni animi fugata puſillanimitate, primũ cõfligere: dein, aduerſus impiiſsima illorum dogmata. Aduerſus quædam iam ſcripſi (tametſi in lucẽ minimè adhuc prodierint opuſcula.) Quæ autẽ poſthac oppugnatione digniora iudicauero, diuina fretus ope, profligare contendam. Et ne quis me ideo temeritudinis inſimulet, quòd vaſtiſsimũ, & ferociſsimũ hoſtẽ (Lutheraniſmum) ſternere contendã, rudiſsimus & debiliſsimus theologorũ omnium, ſequẽtẽ mox edidi dialogum, in quo congruam mei inſtituti rationẽ reddere pernitor, quæ probis quibuſlibet ſatisfaciens, à temeritudinis meipſum ſcelere tueatur. Has quaſdã ſtudiorum meorũ primitias (quòd primò vulgatæ ſunt) ſyncero tibi animo offerre viſum eſt, qui eorũdẽ ſtudiorũ meorum primus inter mortales, ac præcipuus author es. Eas proinde æquo animo ſuſcipito (præſul digniſsime, ac domine clementiſsime) cui fauſtè valere ꝑpetuò cõcedere dignetur, qui optimus, & maximus eſt Deus, in ſæcula ſæculorum.

I

FINIS.



Quis ſequentium AVTHOREM SCRIBERE aduerſus Hæreſes impulerit, iam æditis in lucē tam multis, tamq́; grauibus doctiſsimorum hominum in eaſdem, lucubratiouibus:

Dialogus, Colloquutores: *Zelus, Agelaſtus.*

Zelus.



Vid tecum, tacitus, mœſtúſque, cō ſideras Agelaſte? Quis cordi tam infeſtus, ſcrupus, qui riſum omnē adimere potuit? Aut certè quæ te cura excruciat? Num conſcientiæ meticuloſæ, anxia ſollicitudo aliqua, te remordet? Num chari cuiuſpiam, aut neceſſarij amici, peracerbū funus, morsq́; dira te tanto dolore afficit? Alioqui quur mœror tantus, florens adhuc corpus marceſcere cogit? Extimulātis triſtitiæ, te per genium tuum oro, indica rationem.

Agelaſtus.

Peſsimos mores in orbem ſæuire Chriſtianū, Anxius & triſtis conſidero: Pudorē vbivbi vicit libido. Timorem, audacia. Rationem, amentia: *Horatius* Hos damnoſa venus. Illos præceps alea nudat: Huic ſæuiens gula curas graues iniicit: Inexplebili quadam opum ſiti, flagrans ille metu, ne non ſuppetant fœnora, angitur vaniſsimo. Quāobrem & tenacius parta retinet: & quæ vſuræ

monſtrant noſtri, ac certis, neceſſariiſque rationibus conficiunt, haud tamen victam fatetur ſeſe, nec reſipiſcit aliquando, quin mendacia perniciosa aſtu concinnat verſuta, quibus cōtinuò, paruulos, & fluctuantes: & qui omni vento doctrinæ circunferuntur, noſtris inuitis, pelliciat. Quæſitis (adhæc) variis diuerticulis, dum certis argumentis conſtricta, teneri creditur, lubrici anguis inſtar, mox elabitur: Eccleſiaſticos magiſtratus, quod ſuæ veſaniæ refragantur, truces ac veſanos. Rugata fronte, contractóque naſo (furibũda Erimys) appellat. Mancipia quoque Satanæ, præcipuáque Antichriſti membra (qui cœlorum regni aditum, ne cæteri admittantur, occludant cũ humanis, tum frigidis traditionibus: quum tamen fide ſola in Chriſtũ cunctis pateat, inquit) Hiſce aliiſque horrendis impoſturis, incautos, tam multos dementat aſsiduæ, humanæ mentis dira tabes; quorũ me miſeret. Quis (quæſo) non lamentabitur rempublicam Chriſtianã, tam graui afflictam caſu, & pius erit? Quis vocabulo Chriſtiano dignus, populi ſui interfectos non plorabit? Siquidem alienis malis indoleſcere, veræ & Chriſtianæ charitatis eſt.

zelus.

Si ſeſe res ita habet, vbi veræ Charitatis feruor? Quur muſsitabũdus, ſegníſque graſſantem in pernitiem tam multorum furiam reſpectas? Quis tuos tremor artus ſic occupauit, vt fidei tutelam prorſus negligas? Quis te metus arcet ab oppreſſæ dilectæ veritatis defenſione? Num tantus mentem, pectúſque tuum terror habet, vt

ne quidem ſcribere aduerſus cauillatricem auſis? Adde animos: Expergiſcere & accelera, vt catholicæ fidei veritatem, tot laceſsitam calumniis, totis neruis defẽdas, propulſéſque pro viribus triueneficam cum ſuis copiis, & muſſantem adhuc populatricem: Quod rogo, tantæ incuriæ velamen prætendes? Fortaſſe aſsiduum ſacrarũ, tum concionum, tum lectionum latratum: Tam pio certamini verbo ſatisfeciſſe te ne putato, quum ſcripto quoque onocentaurum grauare valeas: Agedũ ſedulò, vt cui mora obfuit, proſit diligentia.

Onocentaurus mõſtroſum animal, à parte ſuperiori ſpeciẽ habens hominis, et à parte inferiori aſini, quæ hæreſim ſignificamus.

Agelaſtus.

Ingenij mei tarditatem perpendens veritus ſum imprimis, ne vniuerſis ridiculus eſſem, literarum humanarum peritis, earundem expers: Grauiſsimorum, præterea, & apprimè eruditorum Theologorum expaui, theologaſter iudicia: Temeritudinis, adhæc, notam incurrere deformidaui, luculentiſsimis iamiam, vtiliſsimiſque in lucem æditis, doctorum hominum lucubrationibus: Nec me fugit, quam non parũ difficile eſt, hæreticorum (multa eruditionis liberalis peritia tumentiũ) tecta dolis & fraude ſcõmata, deprehendere, aduerſas obiectiones eneruare, diffringère caſſeis, & callidas, ſolertéſque ſtrophas dirimere: Obtrectatorum, aſperas, mordacéſque linguas, non admodum veritus ſum: At Theomeniam, quis temerarius non reformidabit? Perterret ſiquidem me oraculum illud: Ipſi currebant, & ego non mittebam eos. Non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.

Theomenia, ira diuina.

Hier.23.

zelus.

zelus.

Ne te à tam laudabili pugna remoretur humanarum, quam tibi arrogas, imperitia literarum: Qui enĩ thura non habet,mola ſalſa litat: Tuorum,ſpero,quanquam rudes, haud aſpernabitur laborum ſudores, qui viduæ inopis munuſculũ auerſatus non eſt, nec reſpuit pauxillulæ in terram fuſæ aquæ libamen: Qui ſuppudere vrgebunt aduerſus veritatem ſcripta hæreticorum, tametſi multo liberalis eruditionis lepore ſplendentia? Præſtat quippe vera ruſtice, quàm falſa diſerte proferre. Theologorum maiorum tuorum ſubire iudicia non recuſas: Si obtrectatores habiturus es, Ne Iupiter quidem omnib⁹ placuit vnquam: Si rem ſuadeo, non parum arduam, vbi hominis ſuapte generoſi natura, animi magnanimitas? vbi improbus ille omnia vincens labor? Quod ſi grauiter aduerſus veritatis oſores,doctos & pios viros iam diſſeruiſſe oppoſueris,eorúmque opuſculis ſuffiĉiẽter oppreſſos hoſteis, num proinde te, quanquam eruditione imparem, eiuſdem tamen profeſſorem militiæ quieſcere, & eo labore vacare conuenit. ſtertereque noctes diéſque,integris adhuc viribus,& copiis populáte furia? Statutis temporibus ſcio, ſacris cõcionibus indulges. at permodico temporis abſumpto: num toto tẽpore ſacris illis functionibus reſiduo,ocio vulgari (ſceleri indubiè fœneraturus) operam dabis? Quantam malitiam docuerit ocioſitas,non neſcis: Aſſeuerabis,forſitan, te iugiter nauare operam (neceſſariis exceptis corporis curis) aut cœleſtium contempla

Lucæ.21. *1.Paral. 11.* *Hierony.* *Ociũ philoſophicũ & uulgare.* *Ezech.16*

tioni, aut ſacrarum lectionum, cum priuatarum, tum publicarum exercitio, aut certè quotidianis preculis, quæ ſacris concinnibus reſiduo tẽpori abſumendo ſufficiunt, etiamſi maius foret: ac proĩde laborib⁹ iſtiuſmodi te plus ſatis preſſum: At multo vberiores prouentus afferent, lecta ex frugi exercitamentis iſtiuſmodi ſuauia mella, ſi eadem ſcripto, in omnes, non in quoſdam tantummodo (vt verbo fit, publicæ, aut cõcionis, aut lecturæ) profundas ac diſſemines: Nec cordatum hominem, pluribúſque laborib⁹ perferendis aſſuetum, prohibere poterunt, tam multa pietatis officia, nonnihil interdiu ſuffurari tẽporis, noctúque, vt tam pij ſtudia furti, tam vtili expẽdat negocio: Quæ tametſi inſignium, & multa lectione exercitatorum virorum obtutu indigna fore ducas, tamen mediocriter doctos, ſpero, oblectabunt: & rudes adhuc animos,
Matt. 25. vtcunque erudire poterunt: Seruum defodientẽ in terram, ſuſceptum domini talentum, in externas demiſſum tenebras, non neſcis. Nec proinde ignoras dominum fœnerato exacturum, quod tibi, tuæ profeſsionis vigore credidit munus, puta docendi, necnon dimicandi aduerſus veritatis hoſteis. verbo, non modo. verum ſcripto, quum liceat. Hoc dixerim, ne vltra tenõ miſſum cauſſeris: Labor iſte (opinor) te non grauabit: Agedum & negociare, dominum opperiens vẽturum, ne torpentem (quum venerit) offendens, in tenebras exteriores protrudat. Cæterum, caue, ne te, non humilitas, ſed puſillanimitas à tam pio remoretur certamine.

Angelaſtus

Agelastus.

Rem tametsi arduam, plurimum tamen commendabilem suades (optimorum promotor studiorum) & quę, reuera, quãdam necessitatis molem meis imponat humeris (licet nõ admodum latis) subiiciátq; colla. Quamobrẽ furiam ipsam immanissimam incessere (pro viribus) maturo, dilectam dei veritatem (scripto quouis contempto labore) tutaturus: Nemo iustè suggillabit, contendentem, pro veritatis defensione, facientémque (nec extra propriam messem) quod potest. Neque abominabitur (spero) nostras sincero litatas pectore lucubrationes, qui aquæ frigidæ (suo intuitu) largienti Cyathum, mercedẽ rependere dignatur: In templo dei offert vnusquisque quod potest (agebat acerrimus ille veritatis defensor Hieronymus) Alij aurum & argentũ, & lapides preciosos. Alij byssum, & purpuram, & coccum offerunt, & hiacinthum. Nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles, & caprarum pilos. Hactenus, Qui nec boues habuit, nec arietes, similam, aut crudam, aut coctam, aut certe spicas (legis præscripto) sacrificauit. Et Petrus admonet, Vt nostrum quisque sicut accepit gratiã, in alterutrum administret, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei, inquit, At ego, quum operis totius magnitudinem, quasi vastitatem quandam corporis circunspicio, exactéque considero, vereor ne supremus ante me dies occupet, lucubrantémque intercipiat: quã tot, támque dura infestissimæ furiæ conspecta capita valeam contundere.

Matt.10.

Leuit.2.

1. Pet.4.

zelus.

Luc.12. Beatus ille seruus, quem quum venerit dominus eius inueneritvigilantem.

Agelastus.

Tuis æquissimis, ac suauissimis verbis permotus perduellem aggredior: Tu interim, haud derelinquas pro domo dei, quæ colūna est, & firmamētum veritatis, dimicaturum: Rudes & doctos mediocriter, erudire suades. Quamobrē familiares pro veritate, & Christianæ religionis tranquilitate, dialogos, ædere institui, quibus & erudiantur, & hostem facilè percellant instituti: Aduersus hæreses & diuersa hæreticorum dogmata scripserunt viri, nō tam docti, quàm pij. At contra eorumdem imposturas, mendacia, quærelas, calūmnias & nugas, commentáque aduersus Romanum pontificem, Ecclesiam Romanā, ac Clerum vniuersum. Aequissimos, adhęc, tum morum, tum dogmatum censores, nullus adhuc scripsit, reor, Propter quod conflictu priore, aduersus ea, & scribere, & totis neruis confligere maturo. Aduersus, itē, dogmata dimicare vrges, eum laborem non defugio, sed altera & posteriore conflictationibus vireis impendam.

Antiqui perduellē dicebant quē nunc hostem dicimus.

1.Timo.3

FINIS.

Symmachia ſerpẽtis, ET COLVMBAE PRO COELeſtis Aquilę Euthymia, aduerſus ſtridores, noxióſve ſuſurros factioſarum Strigũ, quibus in Aquilam odium moliuntur, & ruinã (at inani conatu) Hydra & Struthiocamelus, haud dubiè factionũ omniũ principes.

Symmachia, concertatio.

Euthymia quietus ſtatus.

Strix, nocturna auis, à ſtridendo dicta.

Allegoriæ ſequentis, & ratio & interpretatio.



QVum Eccleſiam ſuam (omnium vere fidelium cœtum) ætherearũ alitum dignatus ſit nomenclatura noſter Aſſertor, aut ſaltem fieri earundem imitatricem, terrenorum cõtemptu, & cœleſtium amore, voluerit, iuſſeritq́;, haud ineptè Aquilę ſibi vendicabit nomenclationẽ, quòd acutiſsima mentis perſpicacitatę cernat, quæ nec naturali lumine videri, nec intueri poſſunt luſcioſi hęreticorum oculi. Hæc manus conſerere iugiter aduerſus ſæuiſsimos hoſteis, quum habeat (donec profligato hoſte, & præſentis certaminis curſu conſummato, parata ſibi immortalitatis corona donetur) totius vitæ illius gubernacula, omnium inſuper certaminũ moderamina, vniuerſorum quoque aſſultuum, ac commotionũ hoſtilium præſidium inſtituere eidem Aſſertori noſtro curæ fuit. Hanc autem tam arduã prouinciam, Simplicitatẽ & prudentiam (Columbæ & Serpentis inſtar) ſubire voluit. Pro-

Matth. 6.

Aquila, Eccleſia.

Matth. 10

Serpēs et Columba docti & pii. inde Serpentem, Columbámque (quibus prudentia & simplicitas, quæ innocentiam vafriciem, fallaciam, aut duplicitatem nescientem significat) commodè exprimũtur, symmachos introduxi, Ecclesiasticæ tranquillitatis, aduersus Strigum, id est, huius nostri æui hæreticorũ noxios stridores studiose decertaturos: *Striges hæretici.* *Stridores epitheses* Stridores, intellige mendacia hæreticorũ maledicta, probráque in Romanum pontificem, sedémque Apostolicam, ac clerum vniuersum iactata: Querelas (adhæc) ac susurros de eorũdem laudabilibus sanxionibus, consuetudinibus, ac ceremoniis. Blasphemias insuper, detractionésque cum illorum omnium, qui impietatem eorum execrantur, tum sanctorum omnium sacramentorum, miraculorum, & aliorum quamplurimorũ sacrosanctorum: His addiicias velim proprias hæreticorum laudes, & blandos sermones, quibus facilè irretiantur incauti, instabiles, & aurib⁹ prurientes. In his noctuæ omnes (tametsi dogmate plerunque discordes) cõueniunt: Quippe aduersus Ecclesiasticã euthymiam cõiurauere omnes. Porro hos stridores offendere licet præfationibus, epistolis præluminaribus, argumentísque librorum hæreticorũ expressos: Distichis (præterea) tetrastichis, hexasticis, aliísque affabre, vafréque concinnatis carminibus, eisdem adiectis, nec minus ineptisimis illorũ antithesibus: Quorum omnium contagio, quum multoplures interierint, quam illorum dogmate (quod aut nullam, aut exiguam admodum verisimilitudinẽ

risimilitudinẽ habeat) nullúsque aduersus tragœdias istiusmodi scripserit vir doctus (quod indignæ essent, reor, ingeniosi cuiusuis hominis lucubratione) Porro aduersus dogmata, quam multi. Eas proinde affanias meras esse apertè ostẽderedecreui, inutilis ego & indignus Christi Iesu seruulus, quanquam multarũ rerũ (rhetorices præsertim) expers, sed patrum orthodoxorum fidem cõstanter sequutus. Quur autẽ huius seculi hæreticos Striges dixerim, priore percipies colloquio, Aues (præterea) nocturnas, quur passim appellitem, sane, quod atram & obscuram noctem, diem ducunt, & lucem clarissimam, caliginem existimant Cimmeriis (quod aiunt) vmbris atriorem. At quemadmodum Serpente & Columba (id est, prudentia & simplicitate) rectoribus, dicta, factáque, & quæ Aquilæ sunt vniuersa moderantur (quippe omnia scitè, cõsultè, laudabilitérque, & ad rationis normam directa, quod prudentiæ est, adhæc innocenter omnia, quod simplicitatis est) Ita & noctuarum stridores vniuersi: Impellentibus malitia & stoliditate (quas cõgruè adumbrant Hydra & Struthiocamelus) feruntur. Illic quippe vafre & stolide omnia: Hydra peruersitatis & versutiæ, Struthiocamelus autẽ stoliditatis imago est, quæ omnia plenius percipies ex sequentium lectura.

Hydra uafricies. *Struthiocamelus, stoliditas.*

Præfatio colloquutoria.

QVERITVR AQVILA, Euthimiā Christianæ religionis, propemodum profligatam, sciscitantéq; Columba: vnde tantum orbi Christiano malorũ agmen, audit: & à Serpente de Strigum querelis in genere informatur.

Aquila, Serpens, Columba: Colloquutores.

Aquila.



O Cæca hominũ pectora: O mores veritatis luce carentes: O certè pniciosam temporũ conditionem: Quis morbus (O deus bone) mores tam truciter bonos inuasit? Nunc in malitiam pene versa est probitas omnis, & spectata virtus. Hostilibus armis fidem insectatur impia hæresis, Euangelicæ fidei nomenclaturam, contra ius omne sibi vendicans: Nunc Satanæ ministri, iustitiæ ministri videri (tametsi eam laudem aucupari, omni illis tēpore familiare fuerit) & haberi volunt. O certè lamentabile seculum, in quo legitimarum nuptiarum tecta velamine spurcitia innumerorum continentiæ successit. Ah quot horrēda flagitia tartarearum strigum nunc per orbē Christianum sparsi stridores (infandum fœtũ) pepererunt. Talia sanè qualia antea nusquam,

nec copiosius: Nunc timor dei, & legum reuerentia, religio, pietas, sacramenta, deuotio, cæremoniæque in cōtemptum venerunt, elegiaco carmine prosequendum: Nunc Ecclesiæ tranquillitas omnis à noctiuagis profligatur, opprobrióq; ducitur piorū simplicitas: Dum delicatè viuerent, & lethargicum morbum paterentur, mortiferóque negligentiæ somno laborarent (secundarum rerum fortuna obsecūdati) eorum heu nimium multi qui omnigenę virtutis decore conspicui, vigilésque esse debuerant, quasi herba irrigua mali mores, variæque hæreseon sectæ vberrimè sucreuerūt. Adsis placidissime deus, adsis, & Christiano orbi tot miseriis, tótque calamitatib⁹ oppresso auxilium feras, & verè infelici hominum (ignorantiæ tenebris obcæcatorū) multitudini tua lumina spargere festines. *Proseuche.*

Serpens.

Cerne (charissima Columba) quàm grauiter mœret, & præ animi angustia in voces prorūpit querulas Domini nostri sponsa generosa, quum tamen verè innocua sit, omnimodáque mentis integritate præpolleat, & omni felle careat prorsus.

Columba.

Cum lugente lugebo, At percunctata prius tanti ratione doloris: Quid ominis infausti tantus portendit, cum corporis tum animi cruciatus, Hera inclyta? Aut certè ob quod tam infandum facinus tantopere discrutiaris funesto amictu palliata?

Aquila.

Heu,heu,quæ oratio tanta affluentiæ vbertate decurrens, vt merito deploret, mersam propemodum,æthercarum alitum euthymiā? Quietum olim,felicémque cœlestium volatilium statum,tanta nunc agitari perturbatione: Quanta antea nusquam,quis sanè mentis homo,non grauius elugeat quàm vlla mater extinctum filium, etiam sine exceptione dilectum?Quis pius non lamentabitur, tam multos hæreseon pestilenta lue,hoc nostro seculo correptos? Voce querula (hei mihi) tristíque oratione funereo atrata cultu testor,quantum ob profligatam moribus infestissimis religionem hauserim amaritudinis: Obrutam nunc vbivbi,sepultámque tot voluptatib⁹, tótq; sceleribus pietatem(funus paracerbum)ingentibus lachrymis,haud prosequi,non valeo.

Columba.

At graue tibi nō erit(domina generosa)sciscitanti aperire,vnde hoc nostro ęuo,errorum flagitiorumque omnium, tam atra nox, támque turpis,ac pestilens,laudabilium rerum omnium inuersio.

Aquila.

Cicer. in Cat. Externas respublicas maximas,ab adolescentibus labefactatas, quas & senectus, restituit non infrequenter compertum est (aiebat orator ethnicus),huiusce æui(talpis sane cæcior) iuuentus & futuorum improuida discriminū, deplorandæ cuiusdam illecta libertatis suauitudine:nec minus ob motas aduersus clerum, noctur-

nocturnarum Strigum querelis, tragœdias (prætextu, heu minimum multorum parum religiosè viuentium) hæresim pro fide amplexata est. Hinc tot orbi Christiano malorum origo: Impiæ siquidem, istiusmodi Strigum querimoniȩ multo plures ab ecclesiastica communione abduxerunt, quàm contagiosa eorumdem, de personata sua fide dogmata, quæ nec probare, nec suadere piis quibusuis possunt, nec aduersantes fidelium obiectiones suffringere. Tantummodo rerum veritatem ementientes imprudentum, & sensibus puerorum mentes, fallacia perstringũt, non dogmate, sed stridoribus efficacius, móxque mirandum in modum deprauant, & in omne nefas præcipitant.

Serpens.

Striges ferunt genus noctuarum esse, pueris in primis molestissimum, singulis tamen earũ sunt perhorrendi stridores, & sibili.

Aquila.

Hinc tam multi scelesti, sacrilegi, impudentes, mordaces, audaces, temerè atque insolẽter sibiipsis tribuentes, quæ filiis lucis, & spiritu, opera carnis mortificantibus, tribuũt diuinorum voluminum scripturæ. Plurima, adhȩc, cõtentione, & arrogantia authoritatem omnem sibi vendicantes. Ingenti (prȩterea) temeritudine, diuinȩ legis scientiam & verbi dei noticiã, sibi arrogantes: Sanctis doctoribus (quantumuis excellentis ingenij, aut prudẽtiȩ viris) detrahentes. Sacris insuper cõciliis: Quæ tan-

quam futiles & nullius momenti res (quod suę impudentiæ faueant minime) subsannãt, reiiciuntque: Sacramentorum itidem derisores: Quippe eorum aliquot exigua sacramenticula appellantes, tanquam ridicula nõ modo, verum vt meras blasphemias execrantur: Sacrosanctæ Eucharistiæ veritatẽ, & virtutem impiè blasphemantes, Sanctissimum missæ arcanum abominantur: nec minus sacramentalis cõfessionis religionem, Ecclesiæ cęremonias, ac sacri baptismatis ritus. Et vt paucis immunera cõplexa intelligas, nullũ maleficij genus, non audet superbissima temeritas eorum, qui nocturnarum Strigum querelas, semel animo sunt complexi, ausura saltem fœdissima & crudelia quæque, nisi furentium impetus cohiberet, publicæ potestatis authoritas. Quid ni? Iam enim summos põtifices omneis, tyrannidis, artium magicarũ, parricidij, stupri, & omnis generis libidinis, temulentiæ quoque, & aliorum teterrimorum facinorum insimulat, quantumuis ex eis permultos, dei munere sanctissimos extitisse constet. Nec minus cęteros coepiscopos, qui Romanum pontificem, pro supremo Christi vicario habuere: fideles quoque omnes qui Romanam & apostolicam sedem agnoscunt & reuerentur. Põtificum præterea. ac totius ecclesię Christi canones, & decreta, quantumuis honesta, laudabiliáque: perinde, ac taxi baccas auersatur. Principibus, adhæc, immerẽtibus tanta importunitate molesta extitit, vt ad defectionem subditos, nec infrequenter

ſrequenter,nec inefficaciter prouocauerit: Cęterum quid non inconſulte in deum,diuóſque attētare prǫſumet,quorum templa, altariáque euertit, monaſteria demolita eſt, repreſentatiões deiecit,fœdauit,cōfregit: Reliquias (ꝓ horrendum ſcelus)auro,gemmíſque ſpoliatas, próque libidine pollutas concremauit: Seruorum dei prędia,redditúſque depopulata eſt,vo tifragos,effrenóque captos amore monachos, miſerè pellexit, Virgines quoque Deo ſacras virgineo flore relicto, veneris ſequi ſpurcitias (inauditum prioribus ſeculis ſcelus) perſuaſit nedum, ſed & impuli t Quid iam animo concipere valeas, quod nonaudeat? Tales ædidere ſuis ſtridoribus partus, curentiſsimæ Striges.

Columba.

O funeſtas lamias,mortiferóſque partus: O peſtes diras,ſceleratámque noctis & Achęrōtis ſobolem: O certè noctuarum omnium genus infeſtiſsimum. Quis Chriſtianā rempub. (tāta veſtris ſuſurris illata clade)reintegrabit, reſtituet,reſtaurabit?

Aquila.

Clericis(fatebor ingenue)dominata ſunt, ſæculis prioribus,nec minus(quod lugens dico) dominantur ſcelera(heu nimium)multa,quos tamen & morum cenſores,& virtutum omniū exemplaria,Sal quoque terrę,& lucem mundi eſſe oportuerat: Atqui nō omnibus dominata ſunt. Et ſceleratos laicos permultos extitiſſe, quis neſcit?At ſceleratiores,ſterilioréſque eis

quos hoc noſtrum alit ſæculum, aliquãdo extitiſſe, nulla memorabilis ſcriptura teſtatur. Nunc confuſis, noctuarum contagio, perturbatíſque omnibus ſepulta eſt ea modeſtia, quę antea iuuentutis animum, ne quid procaciter inordinatè, aut turpiter pficeret, reprimebat. Siquidem omnia ſibi licere putat, nihil non audet (pudorem proſternente errorum omnium nocte atra). O Sycophantas, & Gorgonidum tetram progeniẽ: Quippe, ſimulátque ſtridorum veſtrorum, horrendam faciem literis impreſſam, animo intuita eſt (antea docilis, nunc cæca) iuuẽtus, in ſaxum duriſsimum verſa eſt: Et vſque adeo inualuit veſtra pernicies, tantumque vbique nacta eſt roboris, vt vel in eorum cordibus, qui eam maximè execrantur, & improbant, charitatis egregiæ, ſyncerę que fidei feruor omnis, plus ſatis nunc refriguerit. Et ſi in clerum merito inuehendum erat, haud tamen indiſcriminatim in omnem, ſed in facinoroſorum indiſciplinatam multitudinem tãtummodo, & vehementer quidem (non inficieor) at neque per vos, neque tam impudenter increpanda erat, aut blaſphemanda, Immo tetra voce. crudelíque, ac fœdo ſcripto traducẽda, veneranda ſenectus: præcipiente Apoſtolo, Seniorem tanquam patrem obſecrandum, non increpandum, & multominus infamia afficiendum. Quod ſi hæc vobis licuiſſe creditis, &. falſa virtutum & vitiorum decepti, ſimilitudine vitiis pro virtutibus gloriamini. Semen Canaam, & non Iuda, non tamen erat

Apoſtrophe ad striges.

1. Tim. 4.

Apoſtolica

Apoſtolica veſtris ſtridoribus,peſſundanda au thoritas (Hierarchia dubio procul à Chriſto inſtituta)nec ſalubris perimenda fides:nec tali aſtu,ad defectionẽ,ſiue ab eccleſiaſtico,ſine à Ciuili magiſtratu, plebei impellendi. Quod (quæſo)hoc hæreſeos fœdiſsimo monſtro,fidelium concordiæ,triſtius vnquam? Quæ peſtis,ſęuior vlla?

Columba.

Clementiſsime deus,quot cum corpora,tum animas(tanto eccleſiæ íngeſto diſsidio)æterno exitio deuouerunt,Stygiales vlulæ. Sed vtinã ex nomine noſce liceret vlulas iſtiuſmodi, quas tam lamentabiliter, queritur domina ſpecioſa, tam ſæua adulterinorum ſeminũ, ma lorúmque omnium agmina,in orbem ſparſiſſe Chriſtianum, quídque tam inſuauiter ſtrideant:quo pro viribus,tam graui occurramus morbo.

Ad ſerpẽtem conuerſio.

Aquila.

Aliquot Striges noſti chariſsime,earúmque ſtridores,aduerſum quos pro noſtri ſtatus integritate tutanda,vobis dimicãdum,haud ignoratis. Ergo cognitos noſtræ Euthymiæ hoſteis,pande roganti Germanæ,eorúmque pyrobolos,feſtinanter reſtinguite.

Pyroboli, tela ignita, per quos epitheſes hæreticorũ intelliguntur.

Serpens.

Hæteſiarchæ Lutheri,fœcundiſsimi Strigũ omnium parentis, ædita in maximam totius Chriſtianiſsimi iacturã volumina, videre mihi (quo fato neſcio) haud cõceſſum eſt,tamen ſi doctorum hominum,validiſsimis argumen-

tis illius affanias profligantium, tractatus videre licuerit. Porrò trium infestarum Strigũ, literis commissos susurros, indubiè plusquam viperinos, à paucis hinc diebus offendi.

Columba.

Ignominiam perpetuam apud homines sibi conflarunt, qui tantam, tum nequitiã, tum stultitiam, literis mãdauerunt. Apud deum autem quid promeruere hæretici omnes, quàm vt Imas Erebi, descendant ad vmbras.

Serpens.

Priorem strigẽ, Culinam dicimus, quæ ædita multorum errorum, in vnum volumen congestorum farragine (quàm mendaciter institutiones appellat Christi fidelium, quũ tota nugis, mendis, hæresibus & blasphemiis scateat) incautos quam plurimos, in mali consortium rapuit, interiectis affabre, sed vafre, vel hæreticis familiare est, aliquot ad religionem pertinentibus.

Aquila.

Habitura solatium, deplorata noctua, de perditione multorum.

Serpens.

Institutiones autem huiusmodi clarè, & integrè disserere, omnia vitę Christianæ instituta gloriabatur: propellere adhæc, tam euidenter nostrorum (quos aduersarios vocitat) obiectiones, vt nullus fidelis, inquit (suo more hæreticos fideles appellat) lector inueniatur. cui adeo satisfactam, non sit, vt pro nihilo non ducat à modo. Sophistarum subtilitates, Catholi-

cos

cos & ſcholaſticos doctores. Sophiſtas prępoſtere denominat, Strigum impietas.

Columba.

Num à ſe æditis, inſtitutis præſtat, quòd gloriabunda pollicetur?

Serpens.

Nihil minus: Non probos mores, non diſciplinam, non denique euangelicæ veritatis integritatem, ſed veneficia tantummodo, cæcam ipſam iuuentutem perdocuit: Præſertim autē eã pellexit Stridoribus, quibus lamentabiliter & impudenter ad modum queritur apud Regem Chriſtianiſsimum, epiſtola eiſdem inſtitutionib⁹ præſtructa, de luxuria, auaritia, ignorantia, impoſturis, aliíſque infandis ſceleribus innumeriis, Cleri, & eorum omnium, qui ſuperbiſsimam temeritudinem illarum aſpernãtur, explodúntque (næ tanta probta commemorãs noctua vniuerſis fidelibus improperat) Maximè autem de magiſtratuum in ſuos (quũ ob maleficia morte damnantur) truci ſæuitia, quum docti, inquit, & innoxij, déque republica Euangelica ſint bene merentes.

Columba.

Malè meritos de Chriſtiana republica, Ciuilíque, doctrice experientia compertum eſt: Latinè, an plebeio ſermone cõpellabat ſupremum, & Chriſtianiſsimum Gallorum monarcham, verſuta ſimulatrix?

Serpens.

Vulgari eius regni idiomate, epiſtolã, tanta (ſane) arrogantia, tanta hypocriſi, tanta aſſen-

tatione, tot figmentis, tanto verborum lenocinio,tantísque blaſphemiis refertam trãſmiſit tetrica Strix:vt merito illam aſpernetur & derideat, quiſquis ſapit. Porro incautis ac cæcis permultis,vera eſſe viſa eſt ſimulatio.

Columba.

Non ergo audiuit illius ſuſurramenta Rex Chriſtianiſsimus ſimul & eruditiſsimus.

Serpens.

Immo auerſatus eſt tenebrionem,non ſecus ac vtriuſque reipublicæ infeſtiſsimum hoſtẽ: nec immerito,ſiquidẽ impoſturæ graue olentiam ſenſit princeps ſolertiſsimus: Nempe éa, verſutia moliebatur(callida Strix)Eccleſiaſticę Chriſtianiſsimi Francorum regni Euthymiæ,perniciem pellecti,principis violentia, ſi dementari eum contigiſſet, quod ſagaciſsimũ & fideliſsimum Regem non latuit.Huius,nulla moderatos ratione ſtridores, proxima confabulatione audiemus: & (ſuis,faciente altiſ-

Ironia. ſimo)profligabimus:Latine eá ſcripſiſſe,haud ignoro. At in manus meas nondũ incidit,prę-clarum illius volumen.

Columba.

Alterius Strgiis,inclytam nomẽclaturam,& cuinam impreſſos ſtridores deſtinabat, audire geſtio.

Serpens.

Inuerſo quoque characterum nominis, ordine:Ah lonment, & hæc dicitur Theutonica Strix: Quæ præfatione libelli,locorum theologicorumcommunium,Cuiuis lectori Salutẽ

(quum

(quum reuera toxicum propinet) latine imprecatur: Sequēte vero Epistolio Gymnasiarches Christianos fallere (religiōis prętextu) eo vsque perinitur, vt sibi commissos iuuenes, dum adhuc molles sunt, & teneri, sui libelli institutis (malis equidem venenis) imbuant, simulátque prima grammaticæ rudimenta attigerint.

Columba.

Siccine pueros adhuc innocuos persequitur, noxia Strix?

serpens.

Quod Strigibus concesit natura, hæc malitia comparauit: Huius quoque susurros, altera confabulatione referendos, pro viribus retundemus. Tertia mirè stolida Sttix, Anonima dicitur, quod impudentisime, astu nomine suppresso, de summo, sub Christo pontifice, differat. Hæc præfatione epistolari, in Antithesim Christi, & Antichristi (quo nomine Romanū infamat Antistitem) communi ac naturali Frācorum sermone: Gratiam, pacem, salutémque adeo patre, per Iesum Christum verum eius filium, lectoro cuiuis imprecatur: Quū tamen ea nihil nasutius, aut maliginus ex Orco prodierit vnquam. Huius, item vaframentum cōgenitámque stoliditatem, ac profanos stridores. Posteriore libratos colloquio ad perniciē deducemus pro viribus.

Columba.

Harum Stridores (te comite) percipere licebit, quos tamen solitaria, reformidarem.

serpens.

Nec minore religiosæ necessitudinis vinculo,te mihi coniunctam ignoro(amœna Colúba)Quippe aduersus confertissimos, & infestissimos hosteis,processuris(rudibus adhuc) tyronibus aiebat Seruator fortissimus(inclytæ Aquilæ nobis,suęque militiæ committens
Matt.10. gubernacula)Ecce ego mitto vos sicut oues ĩ medio Luporum:Estote ergo prudentes sicut Serpentes,& simplices,sicut Columbę.Dono ergo diuinæ prouidentiæ,congeniti & Synephœbi sumus:adolescimus vna,& consenescimus,ac perpetua,inseparabilíque affinitate copulamur:Haud certè aliter quàm Hydra cum Struthiocamelo, societatem contraxit inseparabilem , quibus impellentibus toto corpore fertur scelerata nocturnarum Strigum acies.

Aquila.


Qui prima pręsentis cōflictus exordia,prosperari voluit: Concedat quoque felici vobis fortuna perficere quòd cœptum est.

Symmachia

Symmachia Columbae, et serpentis

aduersus Culinæ ſtridores: Perſonæ Columba, Serpens, Culina, Hydra, & Struthiocamelus.

Columba.



Vnc libremus (quæſo) Strigis prioris recenſendos, & ad Regem Christianiſsimum (Hydrę ac Struthiocameli ĩpulſu) trãſuectos ſuſurros, quos opprimamus pro viribus.

Serpens.

Sic fari incipit (malè concoctorum & peſsimè digeſtorum ciborum Culina) Nitido eius vulgari in latinum verſo.

Culina. Hyd. Struth.

FRanciſco, Franciæ regi Chriſtianiſsimo, huius nominis primo, ſuo principi & ſupremo domino.

Columba.

Strigem audio: At nihil quod tuæ ſagacitati merito diſpliceat, continet epigramma iſtiuſmodi (reor) Hydram non audio, Struthiocamelum non video.

Serpens.

Vafriciem animaduerte, intuere ſtoliditatem: Agnoſce Hydram, mox Struthiocamelum intueberis: Quid (rogo) aliud tota epiſtola molitur (aſſentatrix omnium callidiſsima)

quam regem fidelisſimum, & magni quidem ingenii hominem, à fidei integritate abductũ, in ſuam perfidiam dare præcipitem? Quod mortis genus, vt ſecretius & commodius irrogaret, aſſentatoria ſalutatiõe, quaſi oſculo (Iudæ proditoris imitata verſutiam) hominẽ circumuenire ſubdola arbitrabatur. Hinc elicito quam ſimulate & regem Chriſtianisſimum, & ſupremum dominum ſuum, Frãcorum monarcham appellauerit verſipellis.

Columba.

Eum (ſuſpicior) ſuarum inſidiarum reticulis, cupiens inuoluere, blandicella verba prætexuit: Iam hydram audio, impoſturã animaduerto.

Serpens.

Cerne Struthiocamelum, Chriſtianisſimum appellat, quem hęreſeos inſimulat. Et ſupremũ dominum ſuum perfuga, quem & tyrannidis, & omnis accuſat generis nequitiæ. Si Chriſtianisſimus eſt, quur non in fidei dogmate, cũ illo conuenit? Si ideo quod illum de fide perperam ſentire putat, quur Chriſtianisſimum appellat? Reliquum eſt, vt & ſimulate Chriſtianisſimum appellauerit, & hæreticum cenſeat. Præterea ſi ſupremus illius dominus eſt, quur ab illo diſsidet, eiúſque ſubterfugit dominium? Aut, ſane, regem ipſum ęquisſimum ſcelerum vltorem, & virtutis fideíque amatorem exiſtimat, & non erit eius, ab illa refugiẽdum iudicium. ſi (vt paſsim gloriatur) innocua eſt: Aut (certe) iniquitatis miniſtrum & ſce-

lerum, impietatísque fautorem censet supremum dominum suum: si innocens, illins deuitat præsentiam. Quorsum itaque tot blãditiæ? Tótque assentationes? Vide Struthiocameli stoliditatem: Hunc ferũt tantæ esse stoliditatis, vt in tanta corporis altitudine, si colla frutice occultauerit, latere se putat. Et hæc noctiuaga Strix. Struthiocameli nõ minus stoliditatem imitata (quàm hydræ nequitiam) quum tota epistola, Christianissimum regem, eiúsq; authoritate delegatos magistratus, vehementer incuset. Totam insuper ecclesiam blasphemet impudentissime, immoderataq; verba innunera, prodiga & infreni lingua emittat. Putat tamen tantam errorum omnium, maledictorum, versutiarumque, ac imposturarũ molem, præmissorum aliquot blanditiarum prætextu, occultandum. *Struthiocameli stoliditas*

Columba.

Quàm improuida semper improbitas, quàm cæca malitia, & quàm stolidus error. Plurimi & præsentissimi latebram veneni, eam suspicor epistolam, tam ridiculo præstructo epigrammate: At me tutam fore, te seruante spero. Agedum si videtur, & exordium audiamus.

Culina. Hyd. struth.

Qum primùm ad hoc conscribendum, animum adieci, nihil negotii (princeps) minus mihi datum putaui, quàm amplissimè authoritati tuæ proferenda, literis commendare: Aedere solum statuebam, nonnulla rudium animis commoda, quibus ueram pietatem perciperent, qui pio diuini amoris studio tenerentur. Et imprimis obsequi

Gallis nostris cupiebam, quorum permultos Christi famelicos, & sitientes cernebam, paucos autē rectam eius cognitionem assequutos.

serpens.

O temeritudinem se insolentius efferentē: Deus bone, quàm insigne mendatium primò narrat.

Columba.

Quid eo verborum inuolucro, pernicei integitur?

serpens.

Suæ impietatis corpus vastissimū, occultatū iri credit (ferox belua) si collum hoc. cōpositæ ad fallendum epistolæ, adulationis, iactantiæ & mendatij fruticibus, operuerit: Nec tamē planè, propriæ colla nequitię obducit (improuida Strix) tam iniurioso, tum in principē regnumque illius, tum sanctorū centena millia, tamque iniquo latibulo. Quo (quæso) atrociore conuitio lædi poterat regia maiestas (quæ proborum omnium consensu, Christianissimi titulo, digna iudicatur, eáque dignitate non mediocriter gloriatur) quam eam affirmare, rectis documentis ad veram pietatem, necdum institutam esse? necdum rectam de Christo seruatore fidē habuisse? Affirmat (ni fallor) principem non modo, verum & quotquot illius dictionis, idem cum illo sentiunt, iisdémque ritibus, Deum optimum & maximum, colunt, & venerantur: Smul eos omnes, qui nos cum eiusdem fidei signaculo præcesserunt, dormiúntque somno pacis, si nunc primum

principium Epistolæ collū uocat.

mum

mum ad veram pietatem,rectámque de Christo cognitionem (nuper adinuētis institutiūculis)instituēdi veniūt franci. Immo & quotquot ab Apostolis fideles (fidei quantumuis illibatæ)extiterunt. Si enim nunc instituendi primū,harum rerum expertes fuisse oportuit.

Columba

Facilè admittet, nec subdubito eòs omnes, quorum nūc meministi(principe semoto)veri Dei cultus,synceręque fidei,expertes extitisse. Insignem (certè) blasphemiæ temeritudinem:At tanta atrogantia in excellentis ingenij principem, quem & Christianissimum,& supremum dominum suum appellat, noctuam insolescere vix crediderim.

serpens.

Si de numero illorum,qui erga Deum sunt bene affecti,sanéque ad veram pietatem instituti, quíque rectam Christi cognitionem habent, principem existimat,quur non idem cū illo sentit, non eodem cultu Deum adorat,diuósque veneratur, spretis Strigum dogmatibus, quæ horrori, & abominationi regem habuisse constat?Superest ergo,vt regē ipsum hęreos,aut saltem ignorātiæ eorum, quæ fidei & pietatis sunt insimulet,vnaq; cū cæteris inuolua:Quo offensionis genere,quod cōtumeliosius? Cernis charissima,quam inscitè, quamque stolidè sua colla operuerit beluina rabies.

Columba.

Equidem stoliditate ipsa stolidior,quod tamen te destituta, nō deprehendit simplicitas,

proinde haud mirum si quam multos suis fallat stridoribus. At tu (quæso) edissere, qui sunt quos erga Deum bene affectos censet, qui suo volumine ad veram pietatem, & rectam Christi cognitionem erudiantur. Quę (adhęc) sit apud eum vera pietas, & recta Christi cognitio, quęque edendi & bibendi Christum auiditas, Ingentis sanctimoniæ plena polliceri videtur, quibus (reor) fallantur incauti.

serpens.

Erga Deum bene affectos, & quibus inest edendi, bibendíque Christum cupiditas, eos dicit, qui grata habēt impiissima veteratoris excuculati, & apostatæ Lutherij dogmata. Vera secundum eum pietas, rectáque Christi cognitio est quam idem (Ecclesiasticæ vnionis desertor, atque à prima pueritia impius, reor, & parricida: nunc autem propria insolētia detectus) Germanos, heu nimium multos, aliorū quoque nationum non paucos, de quibus sacra Aquila merito queritur, docuit.

Columba.

Rudi, haud detractes, apertuis loqui.

serpens.

Lutheri dogmatistes Germani, aliíque, qui dominorum temporalium ditionem trāsfugæ recusant, audiuntur abs Luthero (totius fœditatis pręceptore) ad horrenda & plusquā Turcica scelera concitati, euangelicæ libertatis prætextu.

Columba.

Miranda refers, si de iis, qui veteri antea pietate

tate,adeo insignes fuere,loqueris,tametsi Lutheri impiissima dogmata toto animi affectu sint complexi.

serpens.

De is verba facio,quos(pręter ea quæ inclyta recensuit Aquila)nimio actos furore,venerabile altaris sacramentum immaniter demissum in terrã fœdissimis, soleis(ne quid infandius dicam)conculcasse ferunt:ac filiũ dei iterato recrucifigere baptismate:Quosdam (pręterea)adultos, atque etiam senes, nudos, absq; pudore, & sanguinis discretione, alicubi concurrere:homicidia,adulteria,cæteráſq; impietates,vel Ethnicis abominabiles(quas propria nequitia impellente perficiũt)aut deo tribuere,aut licita sibi esse,magna temeritudine affirmare,quòd ex deo natos sese asseuerant: Et omnis qui natus est ex deo,nõ peccat(inquiũt) Pro vero & pręcipuo Antichristo,Romanum pontificem, qualemvis, habere. ac pro Antichristi discipulis,quicunque illi in fide,vnitatéque communicant: Papæ nomen odiosius, vel detestabilius,quàm Turcæ,aut(certe) Satanæ habere, & quam multis reddere. Et vt compendio finiam,nihil non audere,quod talium incogitantia, expleri valeat. Hæc est vera eorum(Lutheri impietate suasa)pietas:hæc est recta Christi cognitio:Qui talium sunt scelerum,prompti authores,Christum ipsum esuriunt,sitiúntque,súntque erga deum bene affecti.Hæc omnia,suos Gallos docere commentitiis institutionibus,cupit Culina,impuden-

tiſsimi præceptoris,ſuperbiam imitata.

Columba.

Num horrendis monſtris iſtiuſmodi abundā bat Germania,antequam tā pernicialiter ſtrideret,Strigum omnium noſtri æui, parens infelicißimus?

Serpens.

Minime,quinimo,vera tunc pietate inclytam patriam,non ignoramus,nunc vero beluoſam, & arma deo mouentem.Tunc diuina religione,optimis moribus,rectíſque inſtitutis, florebat,nunc feras immanes poſsidet,quæ ſine ratione ferũtur,quocunque maligni ſpiritus inſtinctus,impulerit:Olim fide orthodoxa glorioſa,& præclara fama celebris,nunc probroſa metamorphoſi,tranſmutata,pro bono malum, pro vero, falſum, pro theoſebia, impietatem veriſsimam, pro charitate in deum, ſpurcitię, próque eorum dilectione (quos amare ſimul & reuereri debuerat)odium amplectitur.Non de ſingnlis illius prouı́cię hominibus loquor:
3. Reg. 19. & Rom.11. Quippe pluſquā ſeptem virorum millia (qui non curuauerunt genua ſua ante Baal)remanſiſſe, nec aliquantulum dubito:Illorum autem impietatem,aliarum regionum immitati plerique ex Aquilis in noctuas conuerſi ſunt.

Columba.

Ea erga omnia,excuculati & apoſtatę implanatoris doctrinæ nequā,fructus eſſe auguror.

Serpens.

Indubie ſunt.

Columba.

Hei,

Hei,hei,Quis probus & luctiferos &lætiferos nequam doctrinæ partus,absque ploratu cōmemorabit?O metamorphosim perniciabilē:Quis lachrymas continebit?Quis non lamentabitur, motam(tenebrionum ausu temerario) theomachiam,tamque multos populi Christiani interfectos?Vereor ne plus æquo nos remorentur lamenta istiusmodi:Accellerato proinde & narra, quid præcauēdi subinde odoris vaporet,venenosis obscœna sordibus Culina.

serpens.

Præstructis annectuntur,sequentia tetri odoris verba.

Culina. Hy. *strum.*

Cuius periculū,ex ipso opere facilè fiet,quod in humiliorē quā potuerim dicēdi stilū cōiecerim.sed quum peruersorū quorūdē furias ita diffusè ī tuo regno adoleuisse cōspicerē, ut ne quid loci sacræ doctrinæ relinqueretur operepratium esse duxi,tam in eorum eruditionem, quos erudiendos suscepi, commientarium nostrum impendere, quam in fidei confessionem ingenue tibi profitendam, ut quæ sit doctrinon ignores, in quā sæuitia tanta isti furiosè incēdūtur,qui nunc ferro & flāma regnum tuū concitant:Nō enim fateri uerebor me eius doctrinæ summam fecisse,quam uinculis exilio & incendio plectendam,putant,quam terra,marique arcendam proclamant.

Columba.

Iam liquidò apparet,sæuæ impietatis corpus: Quum enim ei doctrinæ, quam ab antiquissimis & religiosissimis parētib⁹ accepimus,locus relictus sit in florētissimo Frācorū regno (cuius religione nulla illibatior,nec aliam sectetur cum

ſuis, rex Chriſtianiſsimus, Regis & regnicolarum, & omnium præcedentium (quantumuis fidelium) doctrinam, tanquam erroneam culpat, ſuam hæreſim, ſanam appellans, quanquam eam reprobatam eccleſiæ, & patrum orthodoxorum ſententia, haud ignoret: nec minus verbi dei (de quo ſummopere gloriantur hæretici) vigore.

serpens.

Quod poſtremè, de verbo dei dixiſti, exploratum eſt, doctorum virorum ſcriptis, quibus ſatis facere nequeunt hæretici.

Columba.

Quum ergo in eos duntaxat ſæuierint magiſtratus, & ſecundum iuris ordinem, qui morte erant digniſsimi, & quos impunitate donare, nõ minus iniquum fuerit, quàm paſtoris molli indulgẽtia: lupinæ rapacitati, in ouium perniciem veniã dare: Quid malignius, quàm eos, pro iniquis, & Chriſtianiſsimi regni perturbatoribus habere, & pro talibus haberi velle? Nunquid eo pacto, tranquillitati proſpiciũt cęleſtium Aquilarũ? Haud ſanè, aliter quàm cęteros facinoroſos plectẽdo, tẽporalis reipublicæ paci cõſulunt. Sũt itaque ęquiſsimi, ſcelerũ vindices, nõ regni perturbatores (vt volũt noctuæ) Alioqui quid vetabit, ſceleroſos quoſcũq;, debitis ſuppliciis, ꝓpria ſcelera luẽtes, cõſimilia magiſtratib⁹ imponere?

serpens.

Nihil prorſus: At hæreticis hac in re iuſtiores reliqui ſcelerati iuſtè pati ſeſe (vel petita deo, principi, cenſoribúſque venia) vltro confitẽtur.

Columba.

Et

Et præter experientiam ipſam huiuſce rei teſtimonium, diuum Lucam produxiſſe, non noſcimus, latronis cũ Chriſto pẽdentis, cõfeſsione accuratè deſcripta, Nos quidẽ iuſtè, aiebat: Nã digna factis recipimus: Miror tamen, vnde tãta inter hæreticos (qui nunquam nõ quærũtur iniuſtè pati ſeſe) & cęteros facinoroſos diuerſitas. Luc. 23.

Serpens.

Hi humilis publicani ſequuti modeſtiã, ſibiipſis diſplicentes, & ſua tantummodo agnoſcentes ſcelera, non ſolùm confitentur ſeſe, morte dignisſimos, verumetiam profitentur: Hæretici autem, in pœnitentem proximum cõtumelioſi, Phariſæi, ſuperbiam imitati, quinetiam & Satanæ (qui reatum agnoſcit nunquam) mentis elationem ſequuti, ſeſe morti propter Chriſtum, cũ Apoſtolis, reliquíſque Chriſtiani ouilis agniculis deſtinatos, inuerecundè, quum lupi ſint voraces, gloriantur: At qui hoc familiare hæreticis, ſemper fuit, perpetuóque futurum eſt, perinde atque ſpretis cæteris fidelibus, filios dei & corpus Chriſti (quod eſt eccleſia) ſeſe paſsim gloriari. Hæreticorũ omnium, vt vna intentio ſemper fuit, videlicet captare gloriam, de ſingularitate ſcientiæ: Ita omnium ſemper fuit, hæreſim ſuam aurum obrizum (id eſt ſynceram & incorruptam fidem) appellitare, pro vero falſum amplecti, próque vera de deo, rectáq; cognitione, erroneum habere iudicium: Satanæ (dubio procul) perſimiles, qui cum immundiſsimus ſpiritus ſit, tenebrarum mancipium, & deo prorſus contrarius, ſeſe tamen in angelum lucis (vt fallat in-

cautos)trāsformat:& deus haberi,& cupit,& variis mediis contēdit. Et quemadmodum, primis parentibus nostris(quum ad pœnitentiam à domino prouocarētur)Cain quoque (à maioribus non degeneranti)fauceis,tam infœliciter occlusit,vt nec crimen ipsum cōfiterentur, nec veniā postularent (obtusis eorū mentibus, ne aut reatum agnoscerent,aut dei misericordiam)Ita hæreticorum,& mentes,& linguas veteri occupatione,tantóque iure, permissus posſidet,vt nec reatum agnoscant,nec sese reos confiteantur. At sibiipsis placentes(hoc ipso oculis dei displicentes) innoxium sanguinē, profundi iniustè queruntur,quum in eos animaduertūt magistratus.

Gene.3. & 4.

Columba.

Scrupo fecisti satis dilecte:Aliū tamen irrepētem,haud tibi inextricabilem,explica:Vnde tāta illorum (de eorum plerisque loquor) in perferēdis suppliciis cōstātia?Miramur(sane)quod illorum, non pauci, pacienter non modo,sed & efferuentiore animi gaudio exultantes, ad constituta, per magistratus tormenta properant.

serpens.

Ne dixeris constantiam (deo amabilis soror) sed duriciem potius,aut certè pertinaciā, quàm idem Satanas,in eis operatur.Magna(equidem) illius potestas,in hominū,cum corpora,tum corda,quæ semel(deo permittente)posſidet. Quid difficilius tibi videtur,hominem sibimet truces manus immittere,aut ab alio quouis iniectionē manuum libenter sustinere?

Columba.

Primum

Primum difficilius existimo.

serpens.

Et rectum esse iudicium tuum, duplex ad minus historia testat: Narrat prior Samuelis liber, 1.Reg.31
Hebræorum regem Saulem, Allophilorum iaculis vehementer saucium, armigerum suum rogauisse, vt exerto mucrone se necaret, quo detractante, sese tandem proprio ense permit, ne illi ab hostibus grauius illuderetur: Hinc apparet maluisse Saulem ab alio, quàm à seipso interimi, quod difficilius, horribiliúsque est. Narrat Lib.3.ca.14.
præterea Iosephus de bello Iudaico, Iudæos armatis Romanorũ legionibus, obsidione arctissima pressos, mutuas cædes sortitos, & vt sors cuique obtigit, paratam ei qui sequeretur necẽ suam præbebat, multo intolerabilius rati, si sua se quis dextera feriret ad mortem. Atqui quod difficilius est, in multis potuisse Satanâ, testantur, non solùm Iudas proditor, sed & qui ad laqueum, ob mortem liberorum, aut ereptas, seu quouismodo amissas opes, confugiunt, aut qui sese ad pœnam interficientes sempiternam, in aquis submerserunt, aut certè, qui ob qualemuis occasionem, propria dextera sese qualitercunque peremerunt. Proinde haud mireris, si quod leuius est, posit idem Satanas. Superbiam itaque dicere debueras, & pertinaciam, nõ constantiam: nihil nẽpe simile habet horum pertinacia, & cõstantia martyrũ, in quibus vitæ contẽplum operatur pietas. Porrò in illis, pertinaciam operatur (authore Satana) cordis duricies. Non legisti, quanta superbia pœnas contemnerent Iu-

Iof. de bel. Iud. lib. 3.

dæi,quum dominus per Romanos,pertinacifsimam eorum ſuperbiam,omnémque iniquè fuſum ſanguinem iuſtum, vlciſceretur, fortitudinem exiſtimantes,mori potius, quàm hoſti ſeſe dedere? Quemadmodum igitur ſeditioſi Iudæi, inueterata perfidia vociferabantur, ſeſe fortiter pro deo,patriæq; legibus,ac libertate mori, ídq; libenter (quum tamen diuino iudicio, ſuorum ſcelerum pœnas darent).Sic & hæretici, quum propter ſcelera morti deduntur, propter fidem pati ſeſe,ídque libentiſsime ementiuntur.

Columba.

Annectit, Nec pudet confiteri (inquit) hiſce inſtitutionibus noſtris, propè complexam ſummam,illiuiſmet doctrinæ,quàm verbere ſupplicio,carcere,exilio,prǽſcriptione,& igne mulctādam exiſtimant(magiſtratus ſcilicet regni Chriſtiani) è terra inſuper,pontóque abigendam.

serpens.

Integrè non minus quàm ſolerter refers.

Columba.

Mira(ſanè)noctuę ſtoliditas, malitiáque grauī animaduerſione pianda.Si enim eam complectitur(ęditis inſtitutionibus)doctrinam,quam publici magiſtratus,è regno Chriſtianiſsimo,connittuntur extrudere(quòd impiiſsima eſt,& peſtilentiſsima)Culinam ipſam impiam eſſe, & peſtilentioſam operæpretium eſt,eiúſque inſtitunes, perinde,ac dira cōtagia, magno impetu deturbandæ.Proinde & explodendæ:Quod ſi cōtentioſè(vt hæreticis perfamiliare eſt)defendat nihil aliud eiſdem complecti, quàm catholicam, orthodo-

orthodoxamque, vbertim à Christo, eiúsque Apostolis manantem doctrinam, hereticum fuisse Christianissimum (etiam iudicio noctuæ) Regẽ Franciscum oportet, synceræque fidei persecutorem, ac ouium Christi lanionẽ, & alienæ crudelitatis sæuum ministrum: Quippe eam doctrinam, cum suis fautoribus, dum viueret, totis viribus ꝓfligare moliebatur: Eius (præterea) illustrissimũ filium Henricũ, hæreseos insimularet, quòd simulac Christianissimi regni fasceis, adeptus est, ea cum suis dogmatistis, dogmata insectatus est, integroque adhuc animo insectatur: Nec minus orthodoxum Cæsarem Carolum, cæterósque inclytos Christiani orbis principes, hæreseon impiatos labe, & sanguinis Christiani persecutores, decernit. Temeritatẽ (certè) quã quis patienter feret? Opprobramentum quoque tantis principibus grauissimum.

Serpens.

Planè cernis nequam Hydræ, stolidique Struthiocameli, impulsu furere Culinam: Perseuerat exequi quod cœpit in hunc modum.

Culina, hyd. & struthio.

Non sum nescuis quàm immanibus criminationum portentis, non aureis solùm, sed animum tuum etiam imbuerint, ut tibi nostræ caussæ nomen inuisum efficiatur.

Columba.

Personata, quis prouidus, infestissimi & insidias tendentis hostis caussam, proprio principi (ingenioso & solerti) commendabit, & non potius odiosam reddet? Nõ videre, te simulas, quot impietatib⁹ & scãdalis extitit tua doctrina parẽs.

serpens.

Post hæt auditura es per amplius, quàm merito vbivbi efficiant (qui sapiunt) odiosam caussã eorũ, qui deo omnipotenti, Christiferæ virgini, Diuis omnibus, singulísque tam viuis, quàm defunctis fidelibus aduersantur: Sequamur.

Culina, Hyd. struth.

sed est tuæ humanitatis, mãsuetíque animi, nullum innocentiæ locum, nec uerbis, nec factis relinqui cogitare, si satis esset accusare.

Columba.

Odoro Hydram, haud bene obductum Struthiocamelum video: Qui scripturarum authoritate, totiúsque ecclesiæ decreto reprobatam doctrinam, pertinaci profitetur animo, obstinatéq; defendit, reus, ore proprio conuincitur. Porrò illum innocentem appellat, Culinę pertinax stoliditas.

serpens.

At obfirmatæ tuetur eam doctrinam, ex sacris elicitam scripturis, tametsi multorum vi, diutissime oppressam: Audiamus.

Culina. Hyd. struth.

Quod si quis asserat (quo nomen huius doctrinæ cuius rationem afferre contendo, inuisum efficiat) omnium una uoce improbatam, & in eam plurimas sententias, in senatu fuisse prolatas, nihil prorsus inferet, quàm & cruentis manibus, & inimicorum coniuratione, fuisse prostratam, & nugis, dolis, calumniis, & proditionibus nefarie oppressam.

columba.

Num iniquorum cõspiratorum coniuratione, oppressa

oppreſſa eſt?


serpens.

Minimè, ſed æquiſsimorum cenſorum, & orthodoxorum patrum, conſenſu vnanimi, merito damnata eſt noctuarum inſania: doctrina autem Chriſti, nuſquam. Alioqui ſi iniquè oppreſſam, dixerimus, ſaniorem de re Chriſtiana doctrinã, deiectámque violentorum aduerſariorum conſpiratione, & extinctam aliquãdo. Vbi tũc Chriſtiana reſpublica? Vbi corpus Chriſti, quod ſine verbi dei pabulo, eſſe nequit? Vbi eccleſia colũna, & firmamentum veritatis, aduerſus quam non præualebunt portæ inferi? Vbi ſpiritus veritatis, cum ea manſurus in æternum? Si quid ſimile, noſtræ vnquam doctrinæ contigerit, vt vel ad horam exciderit, quorumcunque aduerſariorum immanitate, aut violentia, prodat Culina, quæ ſuam ceſsiſſe, longo tempore, fatetur inuita: Scimus veritate pollicente, haud defecturã fidem Petri, & doctrinam Chriſti, minimè occaſuram: Cœlum (inquit) & terra tranſibũt, verba autem mea non tranſibunt: Et ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Non defuturum (ad hæc) ſuæ eccleſię dominum, quo ſuis, quauis occaſione preſsis, prȩſidio adſit: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi, aiebat:

1. Tim. 3. Matt. 16. Ioan. 14. Luc. 22. Matt. 24 Matt. 28.

Columba.

Si ſtrigum perfidia, & doctrina eſt Petri, cæterorumque coapoſtolorum, exoleſcere, vel ad horam nõ potuit, vel quippiam illius excidere, quemadmodum illi accidiſſe, teſtatur Culina.



Porrò nostra doctrina, nec in parte, nec in toto, aliquādo exoleuit, argumentū, solidæ veritatis.

serpens.

Adde, tametsi suam eo perduxisse hæresim, legimus Arrium, vt eum, propemodum mundus vniuersus sequeretur: Omnes tamen, tam principes, quàm episcopi, ac cæteri Arrianæ impietatis defensores accerrimi, Cesserunt tandem Romano pontifici, vt verè & catholicè sentienti: Quam non plantauerat pater cœlestis, plan- *Matt. 15.* tationem eradicari oportuit.

Columba.

Si Satanas, transfiguratus in Angelum lucis, execrandis Strigum susurris, peregrinarum doctrinarum, tam varia, támque adulterina semina, ac cœlesti patri aduersantia, in agrum domini disseruit, non abs re, in lolia tam infelicia in quę noctuas animaduersum est.

serpens.

Iustè quidem: At id iniquè fieri mox quęritur Culina, Malitia & stoliditate, impellentibus.

Culina, Hyd. struth.

vis est, prius atroces in eam ferri sententias, quàm eius defensio fuerit suscepta.

Columba.

Quur nō comparuit coram rege Christianissimo, & supremo domino suo, aut ab eo instituto Senatu augustissimo, suam doctrinam tutaturus? Hoc certè facere nequierunt eius dogmatistes, Culina non minus temerè iactabundi, déque propria virtitute confidentes. Si ideo non comparuit, quòd illi minus tutum esset, quur cō

silio

ſilio tridentino non adfuit (certè citra diſcrimē poterat) illam protecturus. Suæ cauſſę diffidebat (dubio procul) præuidebátque orthodoxum cō uentum ſibi minimè patrocinaturum.

Serpens.

Neſcis Culinam, œcumenica conſilia omnia, ſuæ impietate contraria, perinde, ac Satanæ ſynagogam auerſari?

Columba.

Qui ergo idonei erunt (ſemotis catholicis cō uentibus) ſuæ doctrinæ cenſores?

Serpens.

Eos idoneos exiſtimat (quos & doctos, & orthodoxos paſsim appellat) qui à veritatis aberrātes via, ſecū, ab vnitate eccleſiæ vna deficiunt, & pernicialia arma contra eccleſiam ſuſcipiunt. Cæteros omens pro hæreticis, impoſtoribus, & Sophiſtis, habet transfuga Culina.

Columba.

Mira Noctuæ ſtoliditas, infrunitáque nequitia, omnium cum hominum, tum œcumenicorū conſiliorum, & quantumuis in Chriſti nomine coeuntium, iudicia detrectare, & cōſortium erronum duntaxat, admittere: Deprehenſo Archipiratæ, aut graſſatori, omnium hominum, præterquam ſuæ conditionis prædonum, ſententiā declināti, aſsimilis eſt Culin. Ridiculum: Sentit vterque nocituram ſibi aliorum cēſuram, proinde deuitandam non abs re exiſtimat: Pergito.

Serpens.

Audi blateronem, ſuorum impulſu, prodigè mentientem.

Culina, Hyd. struth.

Dolus & perditio est, quod ob nullam noxam seditionis & flagitii notata sit, Ne fortè quis nos iniuria conqueri putet: Ipse uobis potes esse testis, quoties quantis calumnis apud te dedecoretur, illam nẽpe non alio spectare, quam ut regna, résque pub. naufragiũ patiantur. Pax perturbetur, leges abrogentur: Prædia & uillæ dilapidentur, omnia denique funditus peruertantur.

Columba.

Cæca, nemo non nouit (experientia doctrice) te impudentissime mentiri.

serpens.

Audi dilecta, recensebo antea, haud satis memorata maleficia istius doctrinæ nequam ad liquidum, vt videas apertè, quàm iniustè queritur Culina: Prodiderũt (quibus volumina Strigũ parentis Lutherij videre licuit, simul & acta videre, aut saltem audire, ab his qui viderunt) viri doctissimi simul & religiosissimi, & eorum plurima comperimus ipsa experientia, vera esse: Lutherum (cuius doctrinam tueri contendit Culina) Affirmare, Missarũ sacrosancta sacrificia, idololatriam, esse omnium pessimã, mẽdacia impurissima, infidelitatẽ plusquã gentilẽ, abusumque peruersissimũ Eucharistiæ, super quæ ædificati sũt Episcopat⁹ (ĩquit pessim⁹ apostata) Collegia Monasteria, Tẽpla, Sacella, Altaria & vniuersum regnũ hoc sacerdotale, papasticæ Ecclesiæ. Præterea illũ nõ velle missas amplius celebrari, non decãtari horas canonicas, nec septies in die, deo laudẽ dici, nõ vigilias, aut matutinas, nõ festa sanctorum, non exequias mortuorum, nõ anniuersaria:

ſaria, nō ieiunia quadrageſimæ, non opera pœni tentię, non fieri peregrinationes, & prorſus nos fieri ab omni laude & cultu diuino ſolitis alienos. Publicæ, circunſtante ſuorū caterua Vuittembergæ, ius canonicum vniuerſum combuſſiſſe, non citra ignominiam totius Eccleſiæ, & maximum contemptum ſanctorum Clementis, Anacleti, Sixti, Alexādri, Silueſtri, Hieronymi, Ambroſij, Auguſtini, aliorum quoque plurimorum ſanctorum Martyrum, doctorum, & pontificum, quorum orthodoxa, & Catholica dicta in decretis habentur, quàm plurima. Inſuper Vuormaciæ, in conſpectu multorum Principum, Cardinalium, & Epiſcoporum, ſacris conſiliis, errorem, blaſphemis faucibus ogganniēdo exprobrauiſſe. Ad hęc velle nullos ordinari epiſcopos, nullos presbyteros, nullos omnino gradus Eccleſiaſticos. Nulla haberi templa, nulla ſacella, nulla altaria, nullas venerari ſanctorum reliquias, nullas admitti ſanctorum venerationes, nulla feſta, imagines nullas, non pulſari campanas, Solennes memorias beatiſsimę Virginis omitti, omnia miſceri, omnia confundi, omnia perturbari, nullum ordinum haberi diſcrimen, æqualitatē, omnibus induci: Matrem Chriſti nihilo pręſtare, reliquis mulieribus, eámque plures filios habuiſſe, poſtquam impietatem, quid blaſphemius dici poſsit, quàm in Chriſtum? Item abrogare omnes leges, tam ſæculares, quàm eccleſiaſticas: Romano imperio calumniari, cuius trāſlationem à Græcis ad Germanos factam, inter Antichriſti opera connumerat. Hæc eſt præcla-

ra Lutheri doctrina, quàm verè Christianam appellat, quámque à maleficio, seditionéque alienam suadere (congenita hypoctisi) molitur, feculenta Culina. *Columba.*

O cæcum hominem, & insigniter mendacem: O certè inuerecundum, & stolidum tenebrionem, qui tam impudenter exigit, Christianissimum principem, perniciosissimis, & euidentissimis mendaciis, proprio testimonio patrocinari. *Serpens.*

Rem ipsam probè diuinasti, quin & obducta quadam inscientiæ, & tarditatis caligine (stupida Strix) ore proprio sese, suósque, ac propriam doctrinam condemnat sequentibus verbis.

Culina. Hyd. Struth.

Neque tamē minima pars, tuas ad aureis perfertur. Nam uulgo, tam atroces in illam rumores percrebuerunt, qui si ueritati consentirent, merito uniuersi iudicarent doctrinam, doctrinæquè authores, mille incendiis, & patibulis trucidandos.

Columba.

Proprio iudicio condemnatur: Næ, prærecensita malefici Apostata, veneficia, obliterare nequit, neque in obliuionē poterit aliquādo deducere, impia, abominabilia, & obscœna quæ (experientia teste) didiscimus, ex contentiosa hæreticorum doctrina emanasse: Necè literarū monimentis delere poterit, quæ veracissimorū testium depositionibus, explorata, & hęreticorum confessione verbali elicita, transcripta sunt, sanè perhorrenda, vt de infandissima, nonnullorum luxuria (quàm charitatem ore execrabili, appel-

lare, eámque docere non erubuerunt) de exercẽdis item diebus festis, seruilibus operibus, de nefandissimis blasphemiis, commessationibus, contumeliis, & rerum omnium honestarum, superbissimo contemptu, déque aliis permultis impietatibus, quæ multo plures sunt, quàm vel in ingens volumẽ redigantur. Tali ergo existẽte Strigum doctrina, quis eam tot sordium, tótque impietatum scaturiginem, nõ merito suggillet. Verissimè itaque, æquissimeque censet Culina, doctrinam istiusmodi, eiúsque authores dignos, qui mille crucibus suffigantur, & mille ignibus concrementur.

serpens.

Nec falsum continet omnino, quod sequitur:

Culina, Hyd. struth.

Cui nunc mirum fuerit, quur illam tantis odiis, quisque prosequatur, quandoquidem fides istis criminationibus habeatur.

Columba.

Quid mirum, si illam oderunt probi omnes? Atqui vtinam, totus mundus exploderet eam, quam tot impietatum parentem, esse præscriptis mediis, compertum habemus, ne dixerit, credendi iniquis detractionibus facilitate, eam vniuersis exosam, vt mendaciter asserit.

serpens.

Neque eo mendacio verius est, quod sequitur

Culina, Hydr. struth.

Hæc caussa est, qua singuli conditionum ordines moti, in nostram nostræque doctrinæ perniciem, conspirent.

serpens.

Ex dictis liquidò constat mentiri Culinam, nec minus in annexis mentitur.

Culina. Hyd. struth.

Quibus animis rapti, ac translati, qui huius rei indices statuuntur, pro decreto, cogitationem domi acceptam pronunciant. Et præclarè se suis muneribus functos autumāt, si in nullius caput sæuiendum iudicent, nisi eius, qui facti concessione, uel testimoniis certis conuincitur: Sed quo crimine? Ista damnata doctrina (inquiūt) qua porro lege dānata? At patrocinii scopus erat non rem negare, sed eius perteis, ut ueras tueri. Hic ne hiscendi quidem uenia conceditur.

Columba.

Insolescere Hydram percipio, dum tam arroganter derridet, accusat, damnatque ac reprehendit vniuersos regni Christianissimi magistratus, nimio percita furore Culina, in oculis suis sapiens, aliis omnibus insultās legum peritissimis, & morū æquissimis censoribus. Detrahit proinde, & Regi Christianissimo, & supremo domino suo, à quo creati sunt: Nec minus deo (à quo potestas omnis) infrumita noctua. Nec tamen credit, aut existimat (struthiocamelo duce) sese videri: Nec ita vt expedit, delegato sibi officio fungi, magistratus arbitratur (religionis non modo, verum & totius iuris præclarè gnara Culina) dum flāmis vltricibus, aut certè aliis pœnis, eos adiudicant, qui damnatam Strigum hæresim, aut pertinaciter defendunt, aut veracium personarum testimonio, eam defendisse conuincuntur: At sciscitatur (quę omnem legem reiicit) Immo scripturas ipsas, nisi pro suo arbitratu interpre-

tentur

tentur, qua lege damnata est ea doctrina, in cuius defensores, tam sæue succensent, & animaduertũt? Ita sanè blasphema est, spurcáque, & tantorum parens scelerum, vt si nulla, adhuc lege damnata esset (quod absit) omnium tamẽ legum coitione, omniúmque hominum consensu, merito reprobanda foret. Porrò reprobatam scio.

Serpens.

Quum in Lutheri (Culinę primarij pręceptoris) dogmatistes, vindictam pro delicti cõditione exercuerint, miror (equidem) sciscitantis stoliditatem, improbitatémque: Si (quod vix crediderim) ignorat, à quibus reprobata est, quaque lege, hoc pacto resciscat: Dissecuisse te, nodos omnes, virorum solertium digilẽti opera, ex scripturis sacris depromptos aduersus tuam doctrinam (quæ verè abs Lutheto primario fonte, in maximam totius Christianissimi iacturam profluxit) pro more strigum gloriaris (Culina) quũ dubio ꝑcul nihil minus feceris, nec factura, vnquam sit, arrogãs noctuarum, audáxque inscitia. Diuina itaque lege damnatam eam doctrinam (quæ omni iuri contraria est) omni quoque alia lege, haud ignores: Huiusce dicti mei testes sunt, Consilia œcumenica, Summi mundi vertices, pontifices Romani omnes, Imperatores, Reges, cardinales, Episcopi, Principes quique Christiani, vniuersitates theologicæ, Parisien. cum eius regni reliquis, Louaniẽ. ac Colonien. Plurimi (ad hæc) in variis locis habiti conuentus. Singulæ item Christianorum nationes: Hi omnes, vno animo, vno consensu, vnóque ore,

Ad Culinam conuersio.

Lutherum pro hæretico iudicarunt, declararũt, & condemnarunt, eiuſque doctrinam. Taléſque habuerunt, & ab omnibus haberi, voluerunt: Et tu iſthæc, te neſcire fingis, quum planè noueris: At pro cõſueta animi pertinacia, horum omniũ, iudicia reiicis, tantæ ſtoliditatis, tantæq́ue temeritudinis, vt tot, tantíſque teſtimoniis, tuum præſtare exiſtimes, præferendumq́ue cenſeas.

Columba.

Nihil certius: Suam quippe, Lutheríque doctrinam, in calce prænarratorum, vult pro vera, & integra haberi ab vniuerſis: Audiamus an continuò deſipiat.

Serpens.

Quid ni ducibus Struthiocamelo, Hydráque? Audi deſipientem nedum, verum inſanientem.

Culina. Hyd. Struth.

Quare non temere poſtu'o Rex) ut planè, rem omnem intelligas, atque ca ſſ:m ſuſcipias, quæ hactenus indiſtinctè, & perturbato iure, diſceptata eſt, & potius animi impetu, quàm manſuetudine, & ſenatoria grauitate, neque tibi perſuadeas me, priuatæ meæ cauſſæ gratia, contendere, ut in natale ſolum, regreſſum exorem, in quod, licet ea, qua debeam pietate ſim, tamen rebus ſic ſe habentibus, excludi non egerrime fero. sed communem omnium fidelium, immo & Christi cauſſam ſuſcipio, quæ hac tempeſtate, ſic in tuo regno, diripitur & obteritur, ut nihil omnino eſſe uideatur, quod ex ea ſperari poſsit. Quod potius Phariſæorum quorumdem tyrannide, quàm tua ſponte, eſt conſequutum.

Columba.

Suis præſtigiis, facilè dementandum, principem

pem orthodoxũ existimat, versuta hydra, si absque peritorum consilio, suæ caussæ, integrum iudicium susceperit: At nequaquam poterit (spero.)

serpens.

Non adhuc planè animaduertis, pręstigiatricis, & in Christianissimum regem cõtumeliosæ hydræ nequitiam, quam comitatur indiuidua stoliditas: Lacessitã in toto Frãciæ regno caussam, & fidẽ Christi, & propemodum labefactatam, sine vlla rerũ meliorũ expectatione, queritur (hæresim Lutheranam, eiusq; caussam, fidẽ & caussam Christi blasphemo ore appellans) quod cõtigit quorundẽ Pharisæorum tyrãnide potius, quàm tua voluntate (inquit) Fauere impietati Lutheranæ, Regem Christianissimum, iis verbis affirmat: Siquidem, eum pati inuite, pestem illam (quam Christi, & caussam, & fidem vocitat) ad perniciẽ pro virib⁹ deduci, propellíq;, è proprio regno, Pharisæorum tyrannide, est fauorem illi præstare: Nec à veritate alienũ existimes, ꝙ ex illius vrbis elicio: Nempe, fide dignorum virorũ relatione, & præter opinionẽ cognoui, eius dãnabilis sectę homines, abundè gloriatos aliquãdo ꝙ Christianissimus princeps, omnib⁹ (demptis paucissimis) suæ sectę dogmatibus, iam assentiretur, breui quoque futurum esse, vt omnibus acquiesceret. At iactabunde huiusce, mendacísque gloriationis contrarium, rei probauit ęuentus.

Columba.

Sentio ex Culinæ sentina, prodeũtem fœtorẽ,

qui certè regias aureis, ſubditorum quoque, offendat merito.

serpens.

Stoliditatem audi: Si regem Chriſtianiſsimum ſuæ hæreſeos labe, impiatum exiſtimat Culina, haud aliter ſtolida eſt, ſuam cauſſam regi, remittendam prorſus contendens, quàm Arrianæ impietatis defenſores, contendentes, iudicio & arbitrio Conſtãtij imperatoris, factionis eiuſdem cauſſam fidei definiendam: At illi Romano pontificij (vt par erat) ceſſerunt. Hac in re, Culina meliores, & prudentiores, alioqui de fide actum erat: Sed protector ſuorum deus, hoc fieri non permiſit.

Columba.

Riſum (vt dictum eſt) excitabit examinandus graſſator, ſi propriæ factionis conſortes, pro iudicibus, aut teſtibus habere velit, aliorum quorumcunque iudicia reiiciens: Quod ſi non fiat, vt optat, & magiſtratibus detraxerit, queratúrque ſuam cauſſam deſtitutam, ſeque iniuriam pati (vt queritur Culina) quis riſum continebit? Porro quid ſi Culina, regem exiſtimet, Lutheranæ doctrinæ experté prorſus? Num regẽ cauſſæ fidei cẽſorem, iudicemque, merito tutabitur?

serpens.

Qui fieri poteſt, vt vir (ſuo iudicio) omnium doctiſsimus, cauſſam fidei, ſæculari principi relinquendam, citra inſcitiæ, vel impudentiæ notã contendat, tam & ſi ingenij ſolertia accutiſsimo, & quam plurimarum bonarum artium peritiſſimo? Aut certè ignorat, ſummum ſacerdotem,

Dei decreto esse difficilium, & dubiorũ in caussa fidei iudicem postremũ: Si (inquit deus) difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, & Iudicũ intra portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus, veniésque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quærésque ab eis, qui indicabũt tibi, iudicij veritatem. Præterea, & Paulini dicti expers videtur, qui de hac re disserens, aiebat: Et ipse dedit, quosdam quidem Apostolos, quosdã autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationẽ sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectũ, in mẽsurã ætatis plenitudinis Christi, vt iam non sumus paruuli fluctuantes, & circũferamur omni doctrinæ vento: Quibus verbis monstrat apertè nõ defutura ad finem vsque sæculi, ministeria huiusmodi, Apostolorum, prophetarum, doctorum &c. ad opus & ædificatio- corporis Christi, quorũ fideli, sedulóque minierio, stabiles erunt in fide reliqui.

Deut. 17.

Ephe. 4.

Columba.

Quid si sese, reliquásque Striges, munia istiusmodi, Apostolorum, Prophetarum, Euangelistarum, doctorumque, ac pastorum, à Christo sortitas, aliorum autem neminem, pertinaciter contendant?

Serpens.

Hac parte, ceteris maleficiis proprium agnos-

centibus reatum) improbiores sunt, non solùm quod reos sese, fatentur nunquam, sed quod censorum, pastorumque dignitates (Lupi & rei reuera, quum sint) vsurpare non erubescunt: Cæterum si hęc non ignorat Culina, num impudentiæ probro caritura est, quæ principem laicum, eorum iudicem esse, pertinaci animo contendit, quæ omni iure, ad ecclesiasticos pertinent? Propter quod, nec aquieuit impudētissimo, noctuæ consilio, princeps Christianissimus, sciens talia sacerdotum & doctorum esse: Forsitam legerat (multarum bonarum rerum studiosus Princeps) quanto astu, imperatorē Constantinum, ab exilio reuocatus Arrius, fefellerat, in fidei suæ ex-

Hist. eccle. li. 10. c. 12. positione. Quæ & verba quidem, & nostrę fidei professionem, continere videbantur, sensum tamen, minimè cōtinebant, quamobrem deceptus imperator, vnā & eandem ipsius Arrij, & Niceni consilij sententiam esse credidit Arrium tamē ad Consilij remisit examen, nolēs de ea re, ferre iu-

2. paral. 26. dicium: Neque expers erat (reor) quid Osiæ, regi Iuda contigerit, aliisque principibus non paucis, qui sibi Ecclesiasticorū iura, superbè & insolenter vendicarunt: Neque quod sequitur, impudenter dictum non est, scilicet Pharisæorum potius tyrannide, quàm regis assensu, perturbatam Lutheranam pestem: Siquidem ignorat minime Culina, Francorum gentem, præ cæteris, proprio ob audiētem principi, & obsequiosam.

Columba.

Mirum immodum desipit vbique. Magistratibus vbique detrahit, nihil ordinatè, nihilque inconfusè

inconfuſe (quod ſuo nutu non agitur) tractari, temerè affirmat. Pro minimo illi eſſe, natali ſolo, & regno natiuo priuari, quod tale eſt (inquit) ſcilicet ſine fide, ſine iuſtitia, ſine ordine, ſine recta dei cognitione, ſine affectu in Chriſtum, ſine vera pietate: At vtinam, conſimilibus impoſtoribus vniuerſus careret orbis: Sed vnde, tanta ſtrigum inſenſibilitas?

Serpens.

Iam igne gehennæ, accenſa Culina, & teterrimo fumo, caliginoſa, necnon & reliquæ noctuæ diuino deſtitutæ præſidio, atque in reprobum ſenſum datæ, ſine ratione feruntur, quocunque ſpiritus maligni procella impullerit, in vltionem (præſertim) obſtinatiſsimæ temeritudinis.

Columba.

Non mirum ergo, ſi eo vſque inſaniat, vt cauſſam communem omnium fidelium, immo ipſius Chriſti, ſeſe ſuſcepiſſe protegendam glorietur, à qua inani & diabolica gloriatione, liber hæreticus nullus extitit, quũ tamen reuera Antichriſti eſſent.

Serpens.

Ferunt Lutherum, eo lapſum inſaniæ, vt gloriaretur euangelium Chriſti, nunquam clarius ab vllo prædicatum, aut interpretatum fuiſſe (ne apoſtolorum quidem temporibus) quam à ſeſe: De ſua quoque doctrina, ſe ita certum eſſe affirmat, vt ne Angelum quidem de cœlo, aliter ſuper ea iudicantem, ferre velit: Tanta eſt noctuarum inſolentia.

Luther. ſymone de deſtructiõe Hieruſalem.

Columba.

Deus bone, in quantam ſuperbiæ altitudinem, ſua efferat mancipia Satanas, quo altiori præcipitio ruant: Audiamus quid ſubinde, reprobandum profundit, Culinæ immunda colluuies.

Serpens.

In hunc modum decurrit, præclara Lacuna.

Culina, Hyd. struth.

Quomodo uero id cõtingat, nunc non eſt dicendi locus.

Columba.

Conceptam ſuſpicor nequitiam, aut certè cõmentitium mendacium, euomere non audet, ne forſitan recidente in principem, aut optimates calumnia, probro Sycophantiæ, haud careat: Sequamur.

Culina, Hyd. struth.

Quo iure, quaque iniuria fiat, uehementer cruciatur. Nã hominum deo infeſtorum uis, tantùm perfecit, ut quanuis Chriſti ueritas, neque interempta ſit, neque dilacerata, tamen ſit obſcurata, & tanquam ignominioſa ſepulta: Ipſa quoque paupercula Eccleſia, exitiis atrocibus conſumatur, aut exiliis extrudatur, aut minis & terrore tanto percellatur, ut ne hiſcere quidem audeat.

Columba.

Permirum (ſanè) tantam inſenſibilitatem, tantámque eſſe in Culina vna temeritudinẽ: Haud dubiè furor eſt, & phreneſis manifeſta, toties ingerere, laceſsitam in Chriſtianiſsimo Francorum regno, Cauſſam Chriſti, fidémque, & veritatem. Occulitam (adhæc) & tanquam obſcœnam ſepultam: Eccleſiam quoque, aut diris mortibus conſumptam, aut relegatione exploſam, aut comminationibus, & metus incuſsionibus,

adeo

adeo perterritam, vt ne hiſcere quidem audeat: Quippe apoſtatæ Lutheri doctrinã, cauſſamq́; cũ illius dogmatiſtis (alios fideles nuſquã) perdit pro viribus, & affligit, Franciæ magiſtratus, non Eccleſiam: Sed & magiſtratus ipſos, quod hæreticos inſectantur, tyrãnidis inſimulat, deiq́; vocitat aduerſarios: Nec dubium, quin in Regẽ, tot redundent conuitia, quæ ſanè inulta eſſe nõ debeant. Nunc liquidò apparet, quam aut fictè, aut certè quam inſenſibiliter, Regem, & Chriſtianiſsimum, & ſupremum dominũ ſuum, blando illo verborum lenocinio, appellauerit.

serpens.

Nec minus inconſultò aſſeuerat, tantum potuiſſe dei aduerſarios, vt paupercula Eccleſia, nimio perculſa terrore, loqui non audeat: Hoc vniuerſa Satanæ poteſtas, nunqnam efficere potuit, vt vel vnius eorum (quorum corda, Chriſti & Spiritus eius, ſunt per fidem viuam habitacula) lingua obmuteſceret, quum pro fide & veritate, decertare oportuit. Quin potius, quoſdam ex Chriſti confeſſoribus audiuimus, pręciſis linguis, loquutos. Alioqui, qui tali vrgente neceſsitatis articulo taceret, indignus ſalute, & Chriſti ſpiritu, iudicaretur: Nam, vt corde creditur ad iuſtitiam, ita ore confeſsio fit ad ſalutẽ: Et qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet, quum venerit in maieſtate ſua, & patris, & ſanctorum angelorum, aiebat ſuorũ pugillũ Symmachus fortiſsimus: Non animaduertit ſtolida, quantã irrogat, tũ Chriſto, tum ſuę Eccleſię iniuriam, quum illã, & Chriſti,

Rom.10.

Luc.9.

& mutam dicit:Certè si Christi est, coram magistratibus muta non est,quod si muta est,Chri
Matt.10. sti esse nō potest:Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini(inquit)

Columba.

Ex non contemnendis narrationibus didisci, Luciam virginem,spectatę virtutis iuuēculam, dicenti tyranno,Cessabunt verba quum peruentum fuerit ad verbera,respondisse,Ancilla Christi sum,qui dixit, Spiritus sanctus loquetur in vobis proinde non cessabunt:Ergo spiritus sanctus(qui tyrannorum quantumuis furentiū potentiam non formidat,quique fortes & infracti animi quos inhabitare dignatur efficit) obmutescere non nouit,quum res postulat.

Serpens.

Adde,quum illi,mirum in modum,suæ efferāt fidei & integritatem & feruorem,permirū quod muta est, talium Ecclesia.

Columba.

Mirabilis morbus,illusarum noctuarum mentes,adeo lædens,vt inconsulto(quasi sui oblitę) effutiant,quidquid in buccā venerit:Sequamur.

Serpens.

Mox inquit,suorum suggestu.

Culina. Hyd.*Struth.*

Et nunc ea sæuitia qua soliti sunt grassari pergūt,ut murum quam iam pridem concutiunt desturbent, & ruinā quam moliuntur,consummnent.

Columba.

Fernorem iustitię,zelúmque fidei,ad profligādam prorsus,hęreticę impietatis structuram, rabiem

biem vocat,nimio percita furore Culina.

Serpens.

Rectè sapis:Nec tamen minore rabie agitata subnectit,quæ sequuntur.

Culina. Hyd struthio.

Interea,nemo caussæ defendēdæ præest,qui tātis furiis intercedat:Et si qui,magnopere ueritati fauere uideri uelint, aiunt, imprudentiæ & stultitiæ uulgarium, esse condonandum : sic enim loquuntur,certissimam Christi ueritatem uocitantes imprudentiam & stultitiam. Et quos tanti fecit Christus,ut illis diuinæ suæ sapientiæ mysteria crediderit, eos uulgares nuncupant. Itaque omnes Euangelium erubescunt.

Serpens.

Mirabilis Sycophātę impostura,& mirabilior insensibilitas,quæ tamen veritas visa est incautis,nequam spiritu,æquo dei iudicio præstringente internos hominum istiusmodi oculos: Quid(quæso)insanius, quàm perditissimam hæresim,certissimam dei veritatē nominare? Quid inconsyderatius,quàm asserere eos qui Christum & euangelium, eius mortis metu confiteri erubescunt(proinde Christi spiritu indignos, argumentis supra monstrauimus)tanti à deo habitos, vt suæ cœlestis sapientiæ arcana (cæteris quidem abscondita)illis nuper reuelauerit? Quę (obsecro)arcana? Si quæ apostolus sibi reuelata (& quæ homini loqui licuit)in domino gloriatur.hæc quoque nobis,A Patre per filium(missis per orbē vniuersum Apostolis)reuelata sunt: Rom. 16 Ephe.3.
Neque propter talium intrepidam confessionē, insectatur magistratus Francus quenquam:Si ea

esse velit, cœlestis sapiẽtiæ arcana, in quibus dissident à nobis noctuæ, Lutheri scilicet (partim recensitas, affanias idque impudendissima lingua contendat) blasphemam in deũ esse, liquido constat Culinam, asseuerantem ea quæ pessimo genio suggerẽte, recenter prodierunt in lucem, esse cœlestis sapiẽtiæ à deo reuelata arcana, quũ tamen blasphemiæ sint meracissime.

Columba.

Vbique stultescit insolens Culina.

serpens.

Nunc audi, quam stultè regem Christianissimum compellat.

Culina, Hyd. *struth.*

Age dum, princeps, tuum est neque aureis, neque animum, à tam æqua defensione abalienare, quum præsertim res tanta agitur: Nimirum, *quũ quæritur, quid in terris, gloriam dei conseruet, quo ueritas, suum locum & authoritatem retineat, quo* Regnum *christi stet incolume.* O *dignum tuis auribus negotium, dignum tuo senatu, dignum tuo tribunali. hæc enim cogitatio, uerum regem efficit, quum se agnoscit uerum dei ministrum, in regni illius administrationem. sin secus, non regnum, sed grassationẽ exercet qui imperat, gloriæ diuinæ non obsequuturus.*

Serpens.

Quod superest apostropheis intelliges, tot assentationibus examinatis.

Columba.

Stupore afficior, tam arrogantem audiens, tenebrionis audaciam, quę tantum principem tam impudenter compellare, non erubescit: Non nescit Culina, quot verbis, quot religiosis actionibus

nibus,quotque censionibus,Parisiis & aliis suæ ditionis locis,Lutheranam hæresim reprobaue rit Christianissimus Francorum princeps Franciscus,quem tamen hortatur,tantæ pestis,eiúsq; caussæ,protectorem fieri:quæ tam iusta est (inquit)quod sit in terra tueri gloriam dei, honorem & dignitatẽ veritatis, integritatémque regni Christi,digna certè,regiis auribus,regia iurisdictione regióque sceptro,materia: Fateor quidem,regium esse patrocinari, gloriæ omnipotentis dei,honori & dignitati veritatis, integritati quoque regni Christi:At cognouit prin ceps religiosus & solers,tuæ caussæ patrociniũ, ruinam esse gloriæ dei,excidium honoris & dignitatis fidei, integritatis quoque regni Christi,maximam perturbationem:Audiamus quod Apostrophis restat.

Culina, Hyd. struth.

Age uero longe fallitur,qui diu fœlix staturum regnum existimat,quod diuino sceptro,hoc est uerbo dei,non dirigitur:Illud enim cœleste eulogium errare non potest,quod Pro.29 *præsagit populum,cum fine prophetiæ dispergẽdum. Neque te retrahat contempta nostra abiectio: Non inficiamur,egenum & in utile,nos genus esse.ut pote,in conspe ctu dei flagitiosum,apud homines uero,neglectum & exclusum,uel si libueritrerum sordes, & quisquiliæ uocitemur,uel rei uilioris nomine,si quid unquam uilius exprimi posit:Ita nihil præter dei misericordiam(qua sola sine meritis nostris,fruimur uita æterna)nobis relictum sit,quo gloriari coram deo possumus,neque apud homines,præter solam nostram infirmitatem, quàm singuli, grauissimum contemptum esse arbitrantur.*

serpens.

Sua mendacia, frustráque oblatrantes nugas, temerè affirmat, sceptrum dei esse, sanctum dei verbum, prophetiamque, sine qua & dissipandũ regni cuiusuis populum, & regi, desperandam felicitatis in rebus secundis lõgitudinem, dicit: Et hoc tanto maiore animi obstinatione, quãto obstinatissimo Satanæ, reliquis omnibus hæreticis, est similior: Antea monstris istiusmodi caruit Gallia, quæ tamen permultis, diuturnísque temporibus floruit: Non pauci, cum reges, tum imperatores, in florentissimo Frãcorum regno, longæuam in rebus secundis, immo perpetuam & integram felicitatem adepti sunt, priusquam emergeret ab inferis, strigum impietas, nullo tali sceptro vsi: neque compertum cuiquam est, populum Francorum dissipatum, antequam prodiret in lucem, egregium illud sceptrum, aut dispersum aliquando, è regno migrauisse: Stupenda (certe) Noctuæ stoliditas, quæ principes vniuersos, suę impietatis osores, tyrannidis insimulat: incusat quoque vehementer ac traducit, quod sibi creditas nationes, sceptro dei, minimè moderentur (hoc est strigum impietate) O deum immortalem, quanta afficit infamia, sceptrigenos omneis, quantumuis orthodoxos, innumerísque torphæis dignissimos: Et credens Christianissimum, regem, ingeniosissimum simul, & oculatissimum, adeo cæcum, vt lumẽ non videat precatur (stolida Strix) ne eum à suæ caussæ protectione remoretur, aut prohibeat suæ abiectionis, suorúmque contemptus.

Columba.

columba.

Mira impudentia: In reges Christianos contumeliosa Culina, omnium Christianissimi, auxilium implorat non modo, verum & caussæ, Lutheranæ coniurationis, aduersus omnes, propugnatorem esse debere impudenter oggannit: At demiror, tantæ impudentiæ, tam insignem humilitatem comitem esse. Nempe in conspectu dei, miseros peccatores sese, suósq; profitetur: Et coram hominibus, purgamenta mundi, omnium peripsemata: Insignis equidem humilitatis symbola.

serpens.

Ne fallaris prospicito (dilecta soror) Non enim in verbis sita est eximiæ humilitatis virtus. Neque in externa, aut cōtemptibilis cultus, aut gestuum quorumuis, apparentia: Sed in animo omnis iracundiæ expertissimo: Est qui se nequiter humiliat (inquit vates egregius) & interiora eius, sunt plena dolo: Qui fieri posset, vt veram modestiam, verámque humilitatē (basim & fundamentum omnis virtutis, propugnaculúmque) comitarentur tot pestes? Nec tamen es, adhuc omnium gnara, libremus tamen, videamusque, quam simulata est, Culinæ humilitas, foris aliud ostendens, intus aliud sentiens: Quanti (putas) sese, reliquósque Lutheri dogmatistes, corā deo existimat, & quam parui faciat cæteros omnes, quantumuis vitæ sanctimonia, & miraculorum testimonio clarissimos, hinc perpende, quod illos tanti à deo habitos dicit, vt illis tantummodo (tot fidelium millibus spretis) suæ cœlestis *Eccle.19.*

ſapatẽitiæ arcana reuelauerit. Quantũ (præterea) magnificiat eoſdem, quum eos Chriſtũ eſurire & ſitire, atque ad veram pietatem eruditos eſſe, rectam de deo habere opinionem, cauſam Chriſti & veritatis ſuſcipere & tueri, & pro Chriſto iniuſtè ab iniquis pati cõtẽtioſẽ defẽdit, miríſq; poſt hac laudibus effert, iudicet quiſquis ſapit: Quo (adhęc) honore nõ dignatur eoſdẽ, quũ dei
Can.5. 4. filios (reiectis cæteris) & Eccleſiam, veriſsimam
& .6. Chriſti ſpõſam eſſe, contẽdit? Quippe eã ex ſcripturis conſtat totã pulchram, ſine ruga, aut macu
Ephe.5, la ſpecioſam, Auroræ ſimilem, vt luna decoram, & tanquam ſol electam, haudq́ue aliter quã caſtrorum ordinata acies, hoſtibus terribilem, & oĩgenæ virtutis, & gratiæ decore formoſã, quãque beatiſsimiam dixerunt ſiliȩ Syon, & reginæ laudauerunt. Inſuper auditura es poſt hac, quanta temeritudine, ſuã eccleſiam, eiuſque doctrinã
Ex Hier. prædicet: Igitur mordicus teneas perſonatã humilitatem, miſerã peccatricémque ad omne verbum ſeſe proclamare, veſtis item contẽptu, lenta voce, tenuíque ſermone, necnon capitis, oculorúmq́ue in terram deiectione, manſuetudinem & modeſtiã polliceri, quæ tamen, ſi vel leuĩ ſermone offendatur, continuò attollere ſuperciliũ, leuare cernicem, & delicatum illum oris ſonum, inſano repente clamore mutare: Talis eſt Culinæ humilitas. Ea humilitatis larua, principem circumuenire moliebatur, ſi eam fictionem, pro humilitate ſuſcepiſſet, quod fecerũt incauti plerique, & nimium multi: Porro, quod gloriatur ſeſe, ſuóſque, coram hominibus abiectos, inter

purgamenta

purgamenta huius mundi reputari, nihílque illis supereſſe, vnde in hominum conſpectu glorientur, mendacium eſſe nemo inficiabitur, qui expers non erit morum eorundem : Certè paucisſimos dogmatiſtarum Lutheri offendes, non glorioſos, non iactabundos, nõ obſtrigilatores, non maledicos, nõ impoſtores, & Sycophantas, innumeríſque turpitudinibus & immundiciis, haud impiatos : Delibra noſtræ Culinæ dicta omnia, & humilitatis vmbram tantummodo, querelis, iſtiuſmodi, affabre effigiatam comperies.

Columba.

Minimè eos, in infirmitatibus, aüt tribulationibus, cũ Apoſtolo gloriari, hinc cõiecto, quod pro Lutherana hęresi, magiſtratibus delatos, cernimus deierare, non mòdo ſeſe dixiſſe, quæ veriſsima eſſe contendunt, verum delatorum omnium, reiicere teſtimonia. Mendacia (ad hęc) aduerſus eos cõfingere, totóque ſtudio eos, vel ad mortem vſque inſectari, factum equidem, ab Apoſtolica humilitate, patientia, & in tribulationibus gloriatione, alienisſimũ. Hoc cõfeſſorum Chriſti neminem, feciſſe legimus: Quando vero conuicti, & pertinaces, ſuæ hæreſeos pœnas luunt (aliquot eorum in mortis articulo erratũ agnouiſſe, & damnauiſſe cognouimus) ſeſe propter Chtiſtum pati, & in hoc cum Apoſtolo gloriari, impudenter ementiuntur, ſuam tenacitatẽ, cõſtantiam appellantes, quorum vecordiã commendat Culina, eam nomine gloriationis in infirmitatibus obducens : Vtinam conticeſcat a- *Roma. 5.*

modo, præclarè cordata Strix.

serpens.

Cerne Satanæ miniſtros,vbivbi vendicare, mi
2.cor.11 niſtrorum iuſtitiæ,honorem,dignitatémque:At
finis eorum erit,ſecundum opera ipſorum.

columba.

Quanto aſtu ſtudent noctuæ,bonorum operũ
Sapien.3 (quorum fructus glorioſus manet longanimes)
reſcindere merita,quotienſcunque locus ex ſcri
pturis occurrit,qui ſubnegare videatur ſalutem
noſtris meritis comparari, quum tamen nunc,
ex citato Apoſtoli dicto,aliiſque ſcripturis innu
meris,finis cuiuſque,præcedentiũ operum qua-
litati, correſpondeat:At quomodo hęc quadrẽt,
ſpecialem(reor)tractatum exigunt.

serpens.

Diſcernere nequiuit Culina,fidei opera (quæ
meritoria eſſe teſtantur ſcripturæ) ab operibus
fidem præcedentibus : Neque inter naturam &
gratiam,ſecũdum quam,multo plura nobis poſ-
ſibilia ſunt,quàm mereri operibus fidei:quippe
Marc. 9. omnia poſsibilia ſunt credẽti:Et omnia poteſt,
Phil.4. Apoſtolus in eo qui ſe confortabat.

Columba.

Rectè, nunc perſequamur, Culinæ hypo-
chriſim.

serpens.

Audi ſuperbiſsimæ noctuæ arrogantiam,quæ
modo tam humilis tibi viſa eſt.

Culina. Hyd. struth.

At neceſſe tamen eſt,hanc noſtram doctrinam,inuictam, & uniuerſi mundi gloria, & potẽtia ſuperiorem permanere,

uere, nō enim nostra, sed est dei immortalis, & eius chri-sti, quem Pater constituit regem à mari ad mare. & à flu minibus ad extrema terræ imperaturum: Imperaturum uerò, tanta manu & ditione, ut sola oris uirga, terram cū splendore, eiúsque potentiæ, tanquam fictile confringat, quemadmodum de regni illius amplitudine Prophetæ scri ptis & uerbis aperuerunt, euersurum regna ferrea, æreáque, & tanquam aurum & argentum splendentia.

Serpens.

Quum ad regem Christianissimū scribat Culina. pro tuitione eius doctrinæ, quàm illius regni magistratus, è regno propellere, & prorsus excidere moliuntur (damnatissimam, videlicet excarnificādi apostatæ Lutheri doctrinam) Manifestum est Culinam, Lutheranam hęresim, doctrinam dei & Christi eius appellare, quàm eleuatā, stabilémque, & insuperabilem fore, totius mundi inuita potestate & gloria, præsagit non modo (cerebrosa diuinatrix) verum, & sic oportere inuitis omnib⁹, imperiosissimè & superbissimè decernit.

Columba.

O insolentiam, ante hac inauditam: Quis probus & solers, non merito affirmabit Culinam, grauissimo furoris succensam morbo, deploratáque (æquissimo dei iuditio) mentis elatione caliginosam, totam insanire? Quæ superbia, aut certè quis nequā genius, tantum incrementi, tuę adiecit impudentissimæ inscitiæ, vt tam impudenter asseuerare non pudeat (quum tamen te sapere plurimum glorieris passim) Lutheri hæresim, omnium tum scelerum, tum blasphemia-

rum parētem funeſtiſsimam, dei & Chriſti eius veriſsimam eſſe doctrinam? Quis te adeo demẽtauit (Fœda noctua) vt plãtationem Satanæ affirmes, temeréque decernas, perpetuò duraturam? Quis pius teterrima præſtigiatæ (cruento faſcino) Culinæ verba, decretáque, patienter, ac diutius ferat?

serpens.

Multo grauius ſuccenſeres (ſcio) ſi ſceleratiſsima Lutheri dicta, tibi adhuc incognita, haud ignores: At tutius eſt, ſimplicem talibus obſurdeſcere auditum.

Columba.

Non excandeſcere non valeo, audiens Culinã, tam probroſis vaporationibus, regem, ac magiſtratus religioſiſsimos (ingeſtis crebro maledictis) tam temerè offendere: Si enim ea doctrina quam pro viribus inſectantur, & deturbant, dei & Chriſti eius doctrina eſt, nulla vi eliminenda, Dei & Chriſti eius, ſanè quoque eorum doctrinę perſecutores eſſe eos oportet: Haud animaduertit, ſtolida Strix, quanta iniuria, principem (quem ſuæ cauſſæ patronum exoptat fieri) quãtóque vulnere, principis Senatum auguſtiſsimũ, cum totius reipublicæ corpore afficiat, gentem (à primæuo apoſtolicæ tubæ, per orbem vniuerſum ſparſo clangore) Chriſtiana religione florentiſsimam, tot maledictis laceſſens.

serpens.

Iam liquidò apparet ingens Culinæ ſuperbia, Eſa. 14. quæ luciferum imitata, inuita totius mundi poteſtate, & gloria, ſupra aſtra dei (quę ſanctos põtifices,

tifices,principes quoque,ac doctores, cæteróſque fidei orthodoxæ confeſſores dicere poſſumus)exaltare ſeſe,propriíque ſolij, ſolidam doctrinam,glorioſè feſtinat: Seſſuráque in monte teſtamenti,in lateribus Aquilonis, ſuper altitudinem nubium aſcendere pernittitur, fieríque (tã etſi ore ſe nequiter humiliet) altiſsimo perſimilis:Immo contra altiſsimum(Lutheranæ peſtis,& totius ſuperbiæ,& oſorẽ,& aduerſarium) decertare,totis viribus contendit: Conturbare (adhæc)terram,regnáque cõcutere,& Chriſtianum orbem,efficere deſertum,ſacerdotio,& ſacris ordinibus,ſacramentis,ritibus,ſacrificiis,cæremoniis, omníque tam ciuili, quàm eccleſiaſtica Hierarchia, abſcuſsis:Verumtamen ad inferos,tandem eius detrahetur ſuperbia.

Columba.

Superbiæ refertiſsimam ſpiritu Culinam, tali ferio dilemmate:Si doctrinã nobis, ſibíque cõmunem(immiſcent nempe falſis vera plerunq; & veris falſa hæretici)ſtabilem,inſuperabilẽque fore dicit, nulla hinc inter nos erit contentio, proinde malignam oportet eſſe Culinam, quæ nos, præter rationem auerſatur (fideles omneis vnguibus,reſtróque,& quanta poteſt calliditate appetens)Sin Lutheri, reliquarúmque noctuarum affanias,& figmenta quæ ante hoc noſtrum ſęculum, aut excogitata non erant(quamobrem ad Chriſti doctrinam pertinebant minimè) aut certè eradicata,ſtygiali potiebantur buſto(argumentum diabolicæ plantationis) explantari ea neceſſario oportet.Omnis plantatio quam non

Matt. 15. plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur, inquit cœleſtis Agricolæ veracisſimus filius: Sed quid futurum, ſi peſtis hæc omnium hæreſum poſtrema ſit?

Serpens.

Quum pertracta fuerit ad littus ſagena, factáque euidens & perpetua electorum & reproborum ſeparatio, mittetur cum ſuis doctoribus foras, extráque domum dei, in ſtagnum ignis & ſulphuris, perpetuò arſura.

Columba.

Ex verbis Culinę ſupereſt ediſſeras, quur Chriſtum ipſum, tam magnificè prædicat, videlicet à patre, regem conſtitutum, vt dominetur à mari vſque ad mare, & à flumine, vſque ad terimnos orbis terrarum, & qui concutiat terram, virga oris ſui.

Serpens.

Si adeò cæcutit Culina, vt non videat ſuam doctrinam Chriſti non eſſe (quod vix crediderim) Studioſè curat Satanas, illo ſuo organo, tam pia intermiſceri, quominus ſuſpecta, imprudẽtibus, videatur ea hæreſis, iuſtitiæ & pietatis velata tectorio.

Columba.

Simile ais (reor) deteſtabile ſtrigum genus, eis qui magicas præſtigias colũt, malis carminibus, aut cruces, aut Chriſti nomina, dictáque, aut certè virginis, vel reliquorum diuorum permiſcẽtes, quo facilius mentes imprudentũ, ſuis præſtringant fallaciis.

Serpens.

Haud

Haud incongrua similitudo: Non enim magis, dei & Christi eius honori, cõsulunt noctuę, (nefandis hæresibus, immiscentes recta) quàm qui Theurgiam profitentur, detestabilibus religiosa commiscentes: Tantummodo fallere moliuntur vtrique, tanquam solatium habituri, de multorum perditione.

Theurgia magiæ nomẽ quæ dæmonũ potentia cõstat.

Columba.

Nec minus, ipsis dæmonum cultoribus, norũt striges (suspicor) sese Satanæ obsequi, quamquã fœdissimo ore, verba, ac illi proferant, quæ ad dei & Christi eius honorem, deprompta videantur, quum tamen nihil minus prætendant: Ac sic in vtrisque verificatur, quòd excerptum ex scripturis, Pharisæis dominus exprobrabat dicens, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ, longe est à me. *Esaiæ.29 Matth.15*

serpens.

Rectissimè, Pharisæorum nomenclatura, Striges dignaris, tametsi nos Pharisæos vocitent. Quippe de verbo dei, maximè gloriantur, & in eorum saliua semper natat illud Esaiæ, Verbum domini, manet in ęternum: Et vt ex scriptis viri cuiusdem doctissimi, didisci, Principes quidem Germaniæ, Lutheri dogmatistes, in suorum ser. uorum manicis, & domorum dealbatis parietibus (sicut in Iudaicis olim Phylacteriis & fimbriis, factum fuisse, improperat Pharisæis hypocritis dominus) depingunt, quinque literas grandiusculas, illius oraculi: V. D. M. I. E. vt verbi domini semper videantur memores: Re tamen ipsa semper obliuiscuntur, quamquam *Esaiæ.40*

mox refragetur Culina.

Culina, Hydr. struth.

Haud ſanè dubium eſt, aduerſarios noſtros reclamare, falſò nobis aſſumi uerbum dei ex probrantes, cuius ſumus (ut aiunt) perniciosiſsimi deprauatores: Tu uero *conſilio prudentiſsimo, his legendis, quæ concedimus, iudicabis, iſtam contumeliam, non ſolùm teterrimam calumniam, ſed etiam effrenatam audatiam eſſe.*

Columba.

Tuá (ò Culina) Lutheríque doctrinam, dei oppugnare verbum, quis tam cæcus, qui non iudicet, modo commentitiorum, maledictorumque dictaminum veſtrorum, expers omnino non ſit? Quamobrem, impudentiæ eos inſimulare, qui hoc affirmant, impudentiſsimæ eſt impudentię: Nec abs re, eos aduerſarios exiſtimas, qui & reuera ſunt & merito, deo inimicitias firmante inter veneficium ſerpẽtem & mulierem, interque ſemẽ vtriuſque. Qui enim fieri poſſet, vt Chriſtianiſsimi Eccleſiæ filij, homines inſigniter malos nedum, verum & manifeſtè hæreticos, dei & matris amantiſsimæ hoſteis, Satanæ genimina, totis viribus, inſtructis copiis, ferróque ac fuſtibus inceſſere, vel ad horam omitterent? Facilè dementandum, tuis ſcommatibus, principem ratus, iudicem eorum, quæ fidei ſunt vbique conſtituis (ſtrigum omnium aſſentatrix vaferrima) haud tamen, tuis adulationibus, præbuit auditũ Chriſtianiſsimus princeps, nec confeſsionẽ tuã (opinior) lectione dignatus eſt.

Gene. 3.

Serpens.

Quam affectatè quæſierit, ſuam confeſsionem

regia

regia lectione dignam haberi, sequente satis persuasione monstrat. Sic consequenter principem affatur.

Culina. Hy. strum.

Veruntamen πάρεργον non erit, quædam præfari, quibus πάρεργον
ad hæc legenda adatus præparetur: Quum diuus Paulus præter
uoluit, omnia prophetarum oracula, fidei auologiæ respō- propositū.
dere, tutissimam scripturarum interpretandarum legem
sanciuit. sed si doctrina nostra, lege illa examinetur, iam in Analogia
manu est uictoria: Quid magis fidei consantaneum, quàm proportio
nos nudos profiteri, ut Christum induamur, omnibus bo- cōuenien
nis exaustos, ut Christo satiemur: Peccati seruos, ut à tia simili-
Christo in libertatem uindicemur. Cæcos, ut Christus lu- tudo, qua
men infundat, claudos, ut corrigat, Imbecillos, ut fultiat? īcerta cer
Quam omnem gloriæ caussam deponere, ut solus deus, glo- tis probā-
ria ornetur, & nos in illo? Cum hæc, & huiusmodi à no tur, uis est
bis celebrantur, clamitant aduersarii, his admissis, nescio quod cæcum naturæ lumen euerti, & ementita uirtutum seminaria, liberum arbitrium, opera, quæ uitam perpetuā mereantur, cum suis supererogationibus. Isti enim pati non possunt: laudem omni genere bonorum, uirtute, iustitia & sapientia, cumulatam, in deo consistere: sed in nullos legimus fuisse animaduersum, qui nimium, è fontibus Hiere. 2.
aquæ uiuæ, hauserint: Durè autem & acerbè mulctatos, qui sibi puteos futiles, & cisternas aridas infoderunt.

Columba.

Hæc (quæso) diligenter examinemus, quæ vera, piáque esse, ac plurimum scitè & eleganter structa sibi persuadet gloriosa strix.

Serpens.

Admiranda (sanè) noctuarum insensibilitas, & insensibilis stoliditas: Fidem qualemlibet præ-

ſcribunt,cunctis leges imponere feſtinant, ſcripturas ſuis regulis interpretandas ducunt, nemini quam ſibiipſis,fidem habendam contendunt, omnia pro arbitrio definiri volunt,& victoriam ſibi,ſuiſque pollicetur(horrida Strix)modo pro nutu illius (non Apoſtoli) cuncta decernantur.

Columba.

Quis (obſecro) profligatorum iam olim hæreticorum,glorioſo triũpho(ea lege)potitus haud fuiſſet?Nullus quippe eorum non obſtinate aſſeuerauit ſuam doctrinam, fidei conformen eſſe, quin & veriſsimam fidem ipſam:Quis quãtumuis facinoroſus,nõ ſibi impunitatem, aut de aduerſariis victoriam repromitteret, modo à ſeſe addendas leges,aut inſtituẽdos iudices,aut(certè)ſcelerum conſortes,Cenſores haberet?Admiratione digna,noctuarum ſtoliditas: At fortaſſe dictura eſt Culina, præſcriptam à ſe fidem,eam eſſe quæ vtriuſque teſtamenti ſcripturis, commendata eſt, ac proinde fidei conuenientem analogiæ.

serpens.

Orthodoxa fides naturæ lumen(quod Culina ore impudentiſsimo cæcum lumen appellat) nõ reprobat,quòd vtriuſque voluminis ſacrorũ bibliorum authoritate, celebratum eſt:Catholica fides liberũ arbitriũ,tam ad bonum,quàm ad malum,opera(adhæc)meritoria,ſupererogationéſque approbat,præparationes (inſuper) dulciſsimis & accõmodatiſsimis verbis perſuadet, quæ omnia Culinæ fides execratur:Næ, tam lyncea eſt, tamque naſuta, vt eos, alioſque innumeros

(ſua-

(ſuauiſsimo fragrantes odore)floſculos,per amplisſimum ſcripturarum campum paſsim iactatos,nec videat,nec odoretur, tam & ſi illius planiciem,percurriſſe ſeſe,abūdè glorietur. Eſt itataque illius fides teſtamenti vtriuſque authoritate,reprobata: Qui fieri igitur poteſt,vt fidei analogiæ reſpondeat?Nec ideo fideles(quos peſſima Strigum conſuetudo aduerſarios appellitat)agnoſcunt naturę lumen,arbitrium liberum, opera meritoria,ſupererogationéſque,ac pręparationes, quo diuinum (quouiſpacto) honorem immuniant, quemadmodum nugatur Culina: Quippe perſanctè credunt ſeipſos nudos eſſe,vacuos,ſeruos peccati,cæcos,claudos,debiles prorſus, & inutiles,ſuapte natura,ſed in Chriſto poſſe omnia,cum Apoſtolo,non inaniter gloriātur, *Philip.4* nihil diuino, detrahentes honori: Alioqui Chriſtus omnipotentiam quendam,tribuens credentibus,(vt dictum eſt) paternum imminuit honorem: Naturam & gratiam diſtinguere oportuit, quod non potuerunt adhuc noctuæ.

Columba.

Quum fideles omneis, ſeſe à Patre omnia per Chriſtum, ac propter Chriſtum poſsidere, omniáque per eundem poſſe (nihil alioqui) & corde credant,& ore confiteantur,Deum (præterea) bonorum omnium,ſpiritualium non modo, verum & naturalium, & temporalium, manalem fontem eſſe, magna animi alacritate, atq; ſpiritus exultatione cantitent, integram (profecto) totius boni,totiúſque honeſti gloriam,deo tribuunt: Nempe Libertinus, domini conſide-

rata beneficentia, ſeſe liberum exiſtimat, nec quicquam, manumittentis honori detrahit, ſed beneficentiam agnoſcit: Et quum ſeſe liberum, domini benignitate profitetur, benefactorem (dubio procul) tanquam gratias agens, commẽdat: Ita & fideles, ſi ſeipſos conſiderent, peccatores, ſeruos peccati, nudos, cæcos, claudóſque, ac debiles ſeſe prorſus agnoſcunt: Sin, dei patris gratiam, & filij propitiatoris iuſtitiam, per euãgelicam fidem (quam audio à Theologis, viuam ac forantam appellari) ſibi applicatam, & iuſtificatos, adoptatóſque, ac plurimum poſſe, ſeſe exiſtimant, & citra culpam in domino gloriantur, gratiam dei, & propitiatoris iuſtitiam, prædicãtes, quibus tribuunt, quicquid boni, meritíque habent, ſuæ fidei opera.

serpens.

Gratiæ dei, & iuſtitiæ noſtri aſſertoris eſſe affirmo, ꝙ opera noſtra, quatenus noſtra ſunt (de operibus fidei loquor, quæ noſtra eſſe, in ſcripturis dicuntur paſsim) acceptantur à deo, propter Chriſtum, ad vitam ſempiternam, quæ iam nobis, ex debito iuſtitię mediatoris debetur. Porro eam mediatoris iuſtitiam, ex Dei ordinatione, gratia, fide, ſacramentis, boniſque operibus, nobis vendicamus, & propriam efficimus, eáque vitam comparamus æternam, immo regno cœlorum vim inferimus (ea iuſtitia maximè volenti)
Matth. 11 & rapimus, & hoc pacto, vitam meremur beatã:
Luc. 16. Atqui hoc totum diuinæ gratiæ, & propitiatoris, redẽptiõi, tribuim⁹, nihil eius dignitati detrahẽtes: Quũ itaque fidei operũ, ſimus voluntarij, ac li-

ac liberi authores(non pręcipui, ſed ſpiritui ſancto liberè cooperantes) ſunt fidei opera noſtra (diuino fauore,ferente opem) vt noſtra æterno præmio condigna,condignitate(vt aiunt) pacti. Si autem ſpiritumſanctum, præcipuum authorē conſideres,cōdigna ſunt abſolutè, boni infiniti: Impudenter itaque,inſcitéque, in nos impingit Culina, ob noſtram de merito operum doctrinā,& hoc diuini honoris prætextu, cui ſolerter, ſtudioſéque ſeſe patrocinari exiſtimat, ſi operū noſtrorum merita abroget, non animaduertens ſe,diuinæ ſcripturæ(quæ de merito operum cuiuſlibet expreſsiſsimè meminit) derogare: Nimirum cum Satana, diuino honori (at Callide) patrocinatur, nempe, vt in conditoris blaſphemias tandem, & ſcelera permulta, à ſeſe correptos, det præcipites: Siquidem Satanas (qui coram fidelibus,apertè deum blaſphemare non audet)Deum verbis extollere cōperitur nonnunquam,quo tandem ab illius laudibus, à ſeſe pellectos auertat. Quot (quæſo) fuiſſe exiſtimas, quotque ſupereſſe, qui veneni Strigum, nimio potu,facti hebetes,& mēte alienati,ocioſè,molliter,negligentérque,in omnem lapſi turpitudinem,degerunt,degúntque? Deo nempe,bonorū omniū ſummā relinquentes, ſeſéq;, nihil (quouiſpacto) boni agere poſſe reati, ſupini iacuerunt,iacéntque quam multi: Hic eſt fructus Lutheranæ plantationis (quam ſordida alluuie rigat Culina pro viribus.) Pelagiano taxo, forte peſtilentioris: Quippe & ſi ineſt, Pelagiani Taxi baccis,venenum letale,adeo tamē patet(nullo

Eccle.16.

Luther peſtilantior pelagio.

tectum velanime, aut certè transparente omnino) vt sibi quisque prospicere valeat: Nemini (prætereа) inerti fauet, quũ potius, fugata ignauia, operari vrget: Porro Lutheranæ sentis spinis, frondibusque, ac fructibus, præsentissimum virus inest, ignanos quosque, cum fumo, tum odore pernecans, diuini honeris prætextu, & illecebrarum, deploratæque cuiusdam libertatis velamine, adeo obductum, vt prẹter oculatissimos sibi ab eo cauere, possit nemo.

Columba.

At gloriantur in immensum Culina, neminem eorum suggillatum affirmãs. qui nimium hauserint, de aquarum viuẽtium scatebra (id est reor) qui totum deo tribuentes, sese nihil omnino boni posse rati sunt. Increpatos autẽ eos asperius, qui sibi foderunt cisternas, aquas continere mi-
1.Cor.3. nimè valẽtes, id est, qui sese cum Apostolo, deo cooperari, in domino gloriantur.

serpens.

Si cæca non esset Culina, aut noctiuaga, planè videret, à sese producta verba Hieremiæ, Luthero, Melanthoni, sibíque, ac reliquis noctuis, per omnia conuenire: Næ in hunc modum, narrat
Hiere.20 propheta: Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, Foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Prodere charitas vrget (præter Culinæ blasphemias) quædã noctuarũ impiissima, & scelestissima, omníque religioni contraria, necnon spurcitia omni fœtidiora dicta, quæ tamen reticere maluissem, quo pererrantes noctuas agnoscas

gnoſcas, veritatẽ dereliquiſſe, deúmque & Chriſtum eius, inque eos grauiter impegiſſe, mẽdacij inſimulaſſe, & Ciſternas diſsipatas (viuentium aquarum haud capaces) ſibi fodiſſe, falſa pro veris, & dubia pro certiſsimis approbantes, ac contentioſo ſupercilio defendentes.

Columba.

Te comite, nihil eſt, quod reformidẽ: Produc ergo ex mare errorũ, pauca tantummodo nondũ producta. *serpens.*

Quid in deum contumelioſius, effutire poterat, Noctuarum inſcitia, ſtoliditas, & nequitia, quam contentioſè affirmare, Ipſum eſſe malorũ omnium, perinde ac bonorum omnium, præcipuum authorem? Quemadmodum (inquiunt hydra & Strutiocamalis cæcitate ipſa cæciores noctuarum duces) cõfitemur, vocationem Pauli fuiſſe proprium opus dei, Ita & adulterium Dauidis, & ſæuitia Manlij, atque etiam proditio Iudæ, propriũ opus dei fuit: Deus enim omnia in omnibus operatur, principaliter & effectiuè: Nec poteſt homo ſeſe ad bonum præparare, cũ nec in eius poteſtate ſit, ſuas vias malas facere: Nã & mala opera in impiis operatur: Hucvſq;. *Luth. & Melan.*

Columba.

O deum immortalem, quantæ Strigum caligines: Qui fieri poteſt, vt mala opera, quantumuis horrenda, infandáque, in hominibus operetur deus, propriè, principaliter & effectiuè, quæ ſcripturarum teſtimonio, exoſa habet, cum ſuis authoribus & execratur, támque grauibus ſuppliciis vlciſcitur?

serpens.

Cerne (charißima) quam belle diuino honori patrocinatur, noctuarum tetra religio: Audi itē quanto probro & Christum dei afficiat: Asserūt (qui supra) bona opera nō posse, absque fidei iactura doceri. Accusari non posse, per opera vlla quantumuis mala, eum qui in Christum credit: Omnia opera nihil valere apud deum. Christum instituisse, vt nullum sit peccatū, incredulitate excepta. Insuper mala opera, non facere malum virum: Omnia hominum opera, quantūuis laudabilia appareant, detestabilia esse peccata & morte digna: Christum, donis in ipso pauore destitutum, & charitate spoliatum fuisse: Nulla sacramēta iustificare: Agere contra Ecclesiam, nō esse peccatum: Et multo plura blaterat frontosa strigum, audáxque inscitia.

Columba.

Quum Christus opera docuerit, commendauerit, prǫmianda quoque prædixerit, imperarítque, sub pœna Anathematis audiri Ecclesiam, Scelera item damnauerit, Arborem ex operibus agnosci voluerit, sacramenta quoque (quibus suæ iustitiæ participes efficiamur) instituerit, variáque distinxerit peccatorum genera, Christum ipsum veracißimi parentis filium, mēdacem facit improuida noctuarum improbitas: Quúmque veridica, inconcussáque fide, teneant fideles quíque, diuinitatem à Christo nunquam separatā, neque charitatem ipsam, aut gratiarum dona, luce clarius constat, quàm procul à se pepulerunt Deum, & Christum eius, & foderuut

(suarum

(suarum blasphemiarũ adinuẽtione, & proterua defensione) Cisternas siccaneas, & puteos diuini roris & laticis incapaces: Sed quid, si Culina negauerit sese, aut consortes, talia (quæ etiam ipsi mali genij reprobarẽt) dixisse, aut saltem ea reprobare sese asseueret? Non enim in omnibus conueniunt noctuæ omnes.

Serpens.

Quur ergo eos, qui blasphemiarum istiusmodi & similium, æquissimi sunt vindices, tãtis maledictis lacessit, nec secus quam nominis Christiani infestissimos hosteis auersatur? Quur non potius in eos inuehitur, qui tam contagiosi seminij, tamque adultrieni, tantã pestem per agrũ domini resperserunt?

Columba.

Plus satis fecisti verbis prophetę: Superest, ex verbis Culinę inuestigandum, Suggillati, necne extiterunt aliquando, qui de dei bonitate, & misericordia, nimium præsumentes, nihil omnino eius iustitiam veriti sunt, quantumuis leges, iuráque, contemnerent, sua fide firmissima satis securi, quos hausisse nimium, de fonte aquarum viuentium. proinde suggillandos nusquam, garrit Culina? Illi (præterea) qui suorum conscij scelerum, à timore diuini iudicij (nihil præsumentes) conceperunt & pepererunt spiritum salutis, Esa. 26.
& tandem, de fidei propriæ operibus, cum Apostolo cęterísque sanctis omnibus, probè & in domino gloriati sunt, quos puteos fodisse, viuentium aquarum, haud capaces, contextu eodem affirmat? *Serpens.*

Martial. Qui paſcuntur nigræ ſolo nidoræ Culinæ paraſiti, in verbis mendacibus iſtis plus æquo confidunt, illis aſsimiles, quos dominus acriter, per eundem prophetam increpat hunc in modum:
Hier.7. Nolite confidere in verbis mendacibus, dicentes, Templum domini, templum domini, templũ domini eſt. Et paucis interpoſitis, Ecce vos confiditis vobis in verbis mendacibus, quæ non proderunt vobis. Miror Culinam non animadtiſſe, fruſtra illos, tantam habuiſſe in deum fiduciam (eius legibus contemptis): Illi, ſanè, quod populus à deo, præ cæteris electus, apud eos habitationem conſtituerat, eo temeritudinis & cõfidentię proſilierant, vt propterea nihil omnino vererentur. Porrò ſequuta eos vltio, demõſtrat, quàm vanè, quamque nimium præſumpſerit. Et tales propria ſpe (aut ſi mauis temeritudine) fruſtrandos, apertè prænuntiat dominus deus. Non
Matth.7 omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei. Et paucis interiectis, ſeſe dicturum
Luc.13. talibus affirmat, Nunquam noui vos: Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Innumeras penè, taliter confidentium increpationes, continet ſacrarum ſcripturarum planities: Qui autẽ ſuggillat eos, qui propria opera, ſua eſſe ducunt, cauſſam præcipuam & bonitatem deo tribuentes, déque ipſis, in domino gloriantur, Da-
Pſal.118. uidem regẽ Iuda, coarguat opportet, qui ſeſe toto corde dominum exquiſiuiſſe gloriatur, & re-
Eccl.47. ctè quidem, egregio vate teſte: Reprehendat & Ezechiam eius gentis principem, qui ad dominum

num dixiſſe memoratur: Obſecro domine, me- *Eſaiæ.38.*
mento (quæſo) quomodo ambulauerim coram
te, in veritate, & in corde profecto, & quod pla-
citum eſt, coram te fecerim. Cuius orationem *Eccl. 48.*
audiuit deus, ſimulatque lachrymatus eſt: Iob *Iob.27.*
(præterea) alióſque permultos, dãnet neceſſum *29. 17.*
eſt: Quid moror? Impudentiæ & temeritudinis
Apoſtolum inſimulet dicentem: Bonum certa- *2.Tim.4*
men certaui, curſum conſummaui, fidem ſerua-
ui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ,
quàm reddet mihi dominus in illa die, iuſtus iu-
dex. Innumerabiles locos, huic propoſito non
mediocriter cõferẽtes, intactos (breuitati quan-
tum poſsibile eſt ſtudens) relinquo: Si Chryſo-
ſtomum virum apprimè eruditum, pietatéque
inſignem, cæteróſque eccleſiæ doctores ortho-
doxos, profanorum hæreticorum voluminibus,
præferendos, duxiſſet Culina, aberrare ſeſe, nec
ſubdubitaret. Ille nempe ait: nec nos ſupinos eſ-
ſe vult deus (quales cernimus Lutheri dogma-
tiſtes) propterea nõ totum ipſe operatur: neque
ſuperbos (quales erant Pelagiani) & ideo totum
nobis non conceſsit, ſed vtriuſque tollens nocu
mentum, nobis vtile reliquit, hæc Chryſoſto-
mus, qui cum cæteris, receptis ab eccleſia autho
ribus, fidei, conſentanee ſcripſis: Alioqui cum
Arrio, aliíſque erronibus, haud catholicę ſuaden
tibus, Eccleſiaſtica (non aliter, quàm pſeudo
prophetæ) cenſura, coercerentur.

Columba.

Explodenda (indubiè) noctuarum dogmata, &
deridenda fides.

serpens.

Audi de noctuarum fide, multo vaniora ridicularia.

Culina, hyd. & struthio.

Quid(praeterea)magis fidei consonum, quàm deum patrem mitissimum, & Christum, fratrem ac propitiatorem sibi polliceri & uẽdicare?(cuius amor in nos tantus fuit, ut ne filio suo quidẽ pepercerit, sed eum pro nobis tradiderit): Quam in certa regni cœlestis, & uitæ æternæ expectatione confirmari, quum amplectimur animo, Christum à patre nobis datum, cui tanti thesauri absconditi sunt?

Columba.

Sistere hic gradum noctuarũque duces quiescere impera dilectę: Qui fieri potest, vt deũ, sibi valde dulcem, benignumque parentem, repromittãt noctuæ, quem tam probrosis blasphemiis ad iracundiam assiduè prouocant? Aut Christũ fratrem, qua temeritudine appellare audent, quem mendacem facere, totis studiis moliũtur? Qua impudentia, qua fronte, quaque amentia, sese de ęterna salute securas prædicant (veritatis desertrices noctuæ) quandoquidem perditum

Psal.5. iri, omnes qui loquuntur, amant, aut faciunt mẽ

Apoc.21. dacium, trimale fit?

serpens.

Ducum cæcorum impetus vrgent, vt filiorũ dei adoptionem, fraternitatem Christi, cæteráq; Culinæ temeritate memorata, tam inconsulte, sibi vẽdicent noctuæ: Et tamen ex scripturis cõstat, nihil horum, ipsis competere. Sed ea est omnium tenebrionum congenita stoliditas, vt sibi impudenter arrogent, quæ veræ fidelium sunt

tantum-

tantummodo:Illi(sine dubio)filij dei sunt qui in omnibus: diuinæ voluntati, morem gerere non detractant,propriam in omnibus voluntatē abdicantes, etiam si mille mortes intententur:Eos quoque inter adoptionis diuinæ filios connumerandos,nec diffido,qui è Babylone(toto pectore conuersi,relictísque porcorū siliquis,rrāsfigientes,ad patris vltro occurentis clementiam reuertuntur, tam, & si viuifici lauacri gratiam, innumeris spurcitiis antea cōtaminauerint:Qui enim spiritu dei aguntur,hi sunt filij dei, quorū spiritui, testimonium reddit spiritus dei, diuinæ filiationis (inquit Apostolus).Porro eos pro fratribus agnoscit Christus, qui faciūt voluntatem patris sui qui in cœlis est.Cæteris autem dicturus est(quanquam dei filios sese esse, vbique iactitent)quod Iudęis de progenitore Abraham gloriabundis,exprobrabat: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahę facite,Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri, vultis perficere.

Rom.8. *Matt.12.* *Ioan.8.*

Columba.

Ergo,palam faciunt fidei & charitatis opera, quales sumus, domini testimonio:Quum ergo sint noctuarum nostri æui opera, operibus omnium præcedentium hæreticorum multo deteriora, horridioresque partus (vt ex prænarratis liquet) nec filios dei sese esse,nec fratres, aut co heredes Christi(citra impudētiam)sibi aut aliis persuadere possunt:Quippe,longè est dominus ab impiis,& salus à peccatoribus.Adhæc temeritas strigum, impudentiáque, arguit apertissimè (si vel aliunde non constaret) nec filios dei

Psal.118. *Prouer.15*

Iacobi.4 esse (qui superbis resistit, data humilibus gratia) nec fratres (ante omnia cordis humilitatẽ docentis) Christi. *serpens.*

Probè, citéque ex scripturis elicis, nec filios dei, nec fratres Christi esse hęreticos, qui sua stolidissima securitate, scripturis sacris non minus

Eccle.9. refragantur. Nam egregius ille ecclesiastes, planè illis aduersatur dicẽs, Sunt iusti atque sapientes, & opora eorum in manu dei, & nescit homo, vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia

2.Cor.12. in futurum seruantur incerta: Apostolus cui cõtigerat videre tertij cœli mysteria, & audire arcana verba, quę nõ licet homini loqui, qui spiri-

Roma.8. tusancti primitias habere sese, quique in tribu-

Roma.5. lationibus, & omnia in Christo posse gloriaba-

Phil.4. tur, qui nullius peccati sibi conscius erat, sed te-

1.Cor.4. stimonio propriæ conscientiæ, in simplicitate

2.Cor.1. cordis & in synceritate dei, nõ in sapientia carnali, sed in gratia dei conuersatus est in hoc mũ-

2.Cor.13. do, In cuius pectore, Christus resonabat, vas

Act.9. electionis, nec iustum pronuntiare sese, nec tãta

1.Cor.4. certitudine (quanta & strigum) de æterna salute

1.Cor.9. securum, affirmare audet, sed talis tãtúsque quũ sit, castigat corpus suũ & in seruitutem redigit, ne forte aliis prædicãs, ipse reprobus efficiatur, nihil tamen sibi conscius: Et noctuę, superbia tumentes, nihil ventris caussa, non contemnentes, carnis desideriis, haud segniter inseruiẽtes, reiicientes (pręterea) quæcunque corporis castigationi (quo spiritui obsequatur) conferunt, & quæ in carne sunt prorsus (ideóque deo placere

Roma.8. non possunt, quandoquidem sapiẽtia carnis deo inimica

inimica est, sese de æterna salute securissimas, iactabunde prędicant: Fateor ingenue, nihil esse damnationis iis qui sunt in Christo Iesu in quibus per Iesum peccatum damnatum est, vt in illis, legis iustificatio adimpleretur: At tales esse censet Apostolus, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulant: Et quum manifesta sint carnis opera, iudicent noctuæ (quãquam cæcissimè) an spiritu ambulẽt, quæ carnis desideriis, assiduè, vehementérque obsequũtur: Percurrat sacras scripturas Culina, doceátque talem securitatem, tantámque certitudinem, ex illis manantem, quo veritatis spiritum (scripturarum authorem) sibi ipsi aduersari, esseque con tradictionis & erroris spiritum ostendat, asseueretque (insignem blasphemiam, neque in hoc sæculo, neque in futuro, remittendam) Perlegat sacrosanctum nostri Seruatoris euangelium, & dominum vndique minis, terroribúsque, aduersus impios, superbos, & inpersuasibiles, intonãtem intelligat: Supinis & confidentibus (quales sunt noctuæ) rogaturis. cœli portas sibi fieri patentes, dominus respõsurũ sese illis, Nescio vos, apertè prædicit, tametsi, de rectitudine, diuinæ cognitionis gloriantes, dicturi sint apertis faucibus, domine domine. *columba.* Galat. 5. Matt. 25.

Quid ni dicturi sunt, frater, frater, aperi nobis, qui de Christi fraternitate tam iactabunde gloriantur? *serpens.* Apostolus præsumenti, de sua fide aiebat: Tu fide stas, noli altum sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis nõ pepercit, ne forte, nec tibi parcat: Vi- Rom. 11.

eius. Et noctuæ, arundinibus mobiliores, certissima securitate, tranquillæ & immobiles permanent.

Columba.

Au, quam fœdos enititur partus, laruata noctuarum fides: Hanc itaque superbissimè generosam noctuarum progeniem, Satanæ parentis superbissimi prolem, ex stygiali quadã vmbra, esse oportet. *Au interiectio cõturbatæ mentis.*

Serpens.

Quam malè audit eos, qui arrogantię & temeritudinis istiusmodi, eam, cæteràsque noctuas arguunt, ex sequente structura, agnosce.

Culina, Hyd. struth.

His refragantur, & asserunt, huius modi expectationis confirmationem, neque arrogantia, neque insolentia uacare: sed ut nihil à nobis, sic omnia à Christo, arrogare debemus: Neque alia de caussa, gloria inani priuamur, quam ut in deo gloriam adipiscamur.

Columba.

Omnia circumquaque, minis & terrorib⁹, oppleta cernimus: Hem nos homunculi nos infirmi, in luteis domiciliis habitantes, non formidabimus diuinæ iustitiæ tribunal districtissimũ? *Iob. 4.* Maximæ ecclesiæ dei columnæ, tremunt & pauent ad nutum eius, Iob & Paulus: Et Culina, pestifero suarum nugarum pastos succo, sua vaniloquẽtia securissimos esse iubet: Certissimos esse (omni propulsato metu) hortatur, fretos fide (nescio qua) quòd nobis Christus, vitam æternã pollicitus est, & pro peccatis nostris, pœnas (iubente patre) dependit. Nihílque, aut parum re-

Matth.16 ferre blaterantes, cuiuſmodi ſint noſtra opera,
Ro.2.& ſatiſque eſſe, ſi cretiſsimè credant ſeſe ſaluos fo-
2.Cor.5. re, quum tamen vnicuique tandem cõtingat ſe-
Matth.7. cundum opera eius, Diſcedentibus (domini decreto) operariis iniquitatis, in tenebras exteriores:
2.cor.10. Nihil de ſe pręſumebat Apoſtolus (vt verbis Culinæ vtar) ſed omnia ex deo tantũ in domino gloriabatur, caſtigat tamen corpus proprium, & in ſeruitutem magna vi redigit, ne reprobus efficiatur: nec ſecus fecerũt ſancti omnes, nõ quod de diuinis promiſsis diffiderent, ſed cauentes cũ tremore, ne ipſi, indigni diuinis promiſsis fierent. Sola Culina cum ſuis, tranquilla, certa, & ſecura, ſtertit noctes, diéſq;, verè fatua & inſulſa

Serpens.

Probè examinaſti Culinæ verba, & arrogantiã illius, ſolerter deprehendiſti: Porro quædam alia, ex ſcripturis adiicere nõ pudebit: Hortatur
2. Cor.6. (præmiſſo de diuinis promiſsis ſermone) Apo-
& 7. ſtolus, fideles quoſque ad ea promiſſa aſpirãtes, ſeſéque in hunc modum: Has habentes promiſſiones, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore dei, proſpicientes equidẽ, ne deſidioſos, & mundiciæ ſtudium negligentes, reiiciat, deſpiciátque deus, & euomere incipiat de ore
Apoca.3. ſuo: Aliquot Aſiæ epiſcopis ſuccẽſet dominus, quòd pauca aduerſus eos haberet, in quibus tamen erãt alioqui tot egregiæ virtutes, vt ea pauca poſſent illarum penſatione condonari: Verũ-
Apoca.2. tamen illis, graues pœnas ſeſe illaturum minita
& 3. tur, niſi pœnitentiæ remedio, ad mentẽ redeant:

Diuinorũ

Diuinorum conſcius arcanorum Ioannes euan gelifta, de dei erga nos ingenti charitate diſſe- rens,ſic aiebat:Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij dei nominemur & ſimus: Chariſsimi nunc filij dei ſumus, & nondum ap- paruit quid erim⁹,Scimus quũ apparuerit, quo- niam ſimiles ei erimus,videbimus enim eũ ſicu- ti eſt:Ne quis autem temerè, propter hæc verba præſumat,aperit qui verè,tantã felicitatem ſpe- rent.Et omnis qui habet hancſpẽ in eo(inquit) ſanctificat ſe, ſicut ille ſanctus eſt. Et paucis in- terclusis:Omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum:Filioli,nemo vos ſeducat, qui fa cit iuſtitiam,iuſtus eſt,ſicut & ille iuſtus eſt,qui facit peccatum ex diabolo eſt. Hæc ille : Præ- terea accurrate deſcripta vltione multiplici,qua ob ꝓpria ſcelera, in ſolitudine interierũt Iſraë- litici penè omnes (quamquam innumeris à deo beneficiis illic memoratis honorati)ſedulo hor- tatur Apoſtolus,vniuerſos(ob præſtita à deo hu manis beneficia)ſecurós,& ſuperbos ſibi proſpi cere,illorum exemplo,ne diuinam(ob temeritu dinem,aliáque flagitia)incurrãt vindictam. Ita- que(inquit) qui ſe exiſtimat ſtare,videat ne ca- dat:Quam potenter, audaciſsimam noctuarum temeritudinem, retũdat Apoſtolorum princeps Petrus audi : Et ſi iuſtus quidem vix ſaluabitur (inquit)impius & peccator vbi parebunt?Angu ſtam portam & arctam viam,quæ ducit ab vitã (aiebat noſter ſeruator) paucóſque eſſe, qui in- uenirent illam,& multo pauciores(indubié)qui per illam graderentur,quod difficilius eſt. Ne-

1.Ioã.3.

1.Cor.10

1.Pet.4.

Matth.7

Matt. 18. gat item vlli mortalium aditum patere in regnũ cœlorum, nisi qui renati in Christo pueri innocentiam assequutus fuerit: Nisi cõuersi fueritis (inquit) & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Alios innumeros (hisce similes) locos relinquo: Vnum tãtum superaddam, Iob domini testimonio, iustus & rectus, qui in omnibus non peccauit labiis suis, & quem non reprehẽdit cor suum in omni vita sua, quàm procul absit, ab eiusmodi iactãtia. Audi iterum, Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea: Verebar omnia opera mea, sciens quia non parceres delinquenti: Ex his agnoscas (charissima soror) quanta sit, noctuarum impudentia & stoliditas.

Iob. 1. & 2.

Iob. 27

Columba.

Papè, quam magna Culinæ insania, quanque infrunita temeritudo: Fatebor liberè Culinam nuctuas omneis, quas infernus (ob mortes à se petratas animarum) deglutiuit, superbia, cunctisque superbiæ palunibus, seperare: O Culinam quouis monte (suo arbitratu) æditiorem, ò certè ingenti mole chimeram, & quouis terrę tumore tumidiorem: Apostolus perficit sanctificationẽ baptismalem in timore dei. Et Culina Apostolo (fortasse) sanctior, nihil timens, secura est, suósque (quos spurcissimè viuere cernimus, omni postposito metu, de salute certissimos esse vult, hoc suæ fidei dogma esse asserens: Culina, eiusque vaporem odorantes, Asianis episcopis (aduersum quos pauca habebat deus) mundiores, iustioresq́;, nihil aduersum se habere, deum

temerè

temerè arbitrantur.

serpens.

Adde quum tamen doctrinam Balaam teneāt, doceantque Balach mittere scandalum, coram filiis Israel, edere & fornicari. Sint (adhæc) mulieri Iezabel (quæ se prophetam dicebat) non dissimiles, seducentes seruos dei, docentésque fornicari & manducare de Idolothytis: Angelis Pergamni & Thyatiræ (quod isthæc īter sibi creditos greges permitterent) improperabat deus, vtq; pœnitentiā agerent (quo diuinam effugerēt vltionem) admonebat. Et quum sint talium authores scelerum noctuæ, & multo deteriorum, securissimæ tamen nihil sibi metuentes, quim potius iu morem Lucificeri intumescentes, inexpugnabili somni necessitate, detinentur. Supradictorum, fidem faciunt, Sacerdotes & Cœnobitæ vtriusque sexus, antea cælibes, nunc autem Apostatæ, votifragi, & nihil non audentes: Esus (præterea) ciborum, pro tempore, ab Apostolis, & vniuersali Ecclesia prohibitus rationabiliter inter noctuas licitus. Furta (adhæc) rapinæ & sacrilegia, quæ persuadentibus Strigibus, Principes aliquod malè seducti, perficere non erubuerunt: Sacrilegi (insuper) priuati, aliíque quouismodo fures, auro & argento orusti, ad noctuas confugientes, A Culina in Babylonia Cebenē, impune nō modo, verum obuiis vlnis, & omniū applausu (tanquam pro re bene gesta) excepti. *Apoc. 2.*

Columba.

Verè lethargum patiuntur noctuæ, Sed heu, quantas mundo huic plagas, propria nequitia in- *Lethargꝰ somni necessitas cū mentis alienatiōe.*

tulerunt? At ſtoliditatem,temeritatémque Culinæ, per amplius viſuri, orationem adreuocemus: Venerandus ſymmyſta,negat ſpem habere eos,qui non totis viribus ſtudent propriæ ſanctificationi,eóſque ex diabolo eſſe,qui peccant. Et noctuæ, nihil turpis facinoris non audentes, & filij dei ſunt,& ſperant nedum, verum & certiſsimas de ſalute,ſeſe ore impudentiſsimo pronuntiant:Fixæ & immobiles, Culina cum ſuis, nulla apoſtolicæ commonitionis(quantumlibet ſalubris)exhortatione,ſolæ non indigēt, ſed ſecuræ ſunt,& ab omni diuinæ vindictæ metu alienæ:Iuſtum vix ſaluādum prędicat Petrus(totius Eccleſiæ columna firmiſsima) & Culina iuſto quouis iuſtior,nulla vi ſaluatur, quin omni inuita poteſtate,certiſsima eſt:Ex paucorum, qui viā ſalutis inueniunt, & pauciorum qui per eam gradiūtur numero,eſt Culina errabunda.Quippe rei iſtiuſmodi certitudinem habet:Ad inſtar pueri mundiſsimi,intenſiſsima totius integritatis & innocētiæ luce perfuſa Culina,regni cœleſtis omnimodam iam adepta eſt certitudinem,ac ſi extra viam exiſtens,nullatenus aut falli aut labi poſſet:ſicque nihil ad eam ſuóſque pertinere, ſacrarum ſcripturarum cōmonitiones,quibus ad monemur,diligenter nobis prouidere, vt in bo-

Rom.11. nitate perſeuerantes,ab omni maleficio abſtineamus,alioqui prorſus excidamur oportet:Iob ſeſe ſimplicem eſſe certo non nouit, veretúrque omnia opera ſua,& noctiuaga Strix,nihil verita candidam ſeſe Columbam eſſe, nec ſubdubitat,

1.cor.4. ac ſi Apoſto lo(qui nec ſeipſum iudicat) occulatior

tior sit. O impudētiā, ò stoliditatem nulli (sanè) conferendam: O certè superbissimi Satanæ, superbissimam sobolem.

serpens.

Adde, & mendacij omnigeni, Parentis, mendacissimam prolem: Animaduerte quam impudenter posthac, propriæ nequitiæ mendacia prorogat.

Culina. Hyd struthio.

Quid plura? Singula nostræ caussæ membra perpende, atque nos tetram perditissimorum omnium sentinam indica, nisi nos & afflictos, & iniuriis lacessitos reperias, quod omnem expectationem nostram, in deo fixam collocemus. Quodque uitam æternam esse dicamus, cognoscere unum uerum deum, & quem misit Iesum christum: Huius spei caussa, quidam in uincula rapiuntur, quidā flagris trucidantur, quidā ad ferēda piacula trahūtur, quidā exilio mulctantur, quidam atrocissimè plectuntur, quidam fuga eripiuntur: Omnes denique, & laboribus & ærumnis, tanquam nefarii & execrandi, corripimur, iniuriis afficimur, & immanissimè agitamur. Ioā. 17

Columba.

Ah quam inuerecundè mentiris, incautorum præstigiatrix: Sunt (sanè) ingenti numero, vtriusque sexus homines, sub Christianissimo lilio, piè religioséque agētes, haud temerè (vt tu tuíque) certi de salute, At religiosa quadam modestia, ac trepidatione, toto pectore voluntati, iudicióque diuino submittentes sese, prouidentes ne (profanis actionibus) dei promissis indigni habeantur, sicque dei & Christi eius, gratiā & misericordiā, fiducialiter operiētes, eorúmq;

cognitionem (ex qua, omnium salutem pendere non ignorant) habentes. Quid igitur vetat, fideles istiusmodi, tecum parasitísque tuis, Fuga, rebus, fama, corpore, aut certè aliis suppliciis periclitari, si ob eam fidem & fiduciam in deum, tam atrociter plectimini? Nec desinis magistratus (fidei & morum censores) maledictis incessere: Hos nempe, catholicæ fidei & spei Christianæ persecutores, tuis verbis profiteris, nec regem minus, à quo potestatem nacti, regia (tanquam paterna) indulgentia fouentur.

serpens.

Nunc audi quanto astu, principem, popularésque, aduersus Clerum concitet, stolida noctua.

Culina, Hyd. struth.

Animaduertas, præterea, inimicos nostros (genus sacerdotum intelligo) quorum arbitratu, reliqui quoque nos grauiter oppugnant: Verum mecum attende, quo tandem affectu prouocentur: Isti & sibi, & cæteris facilè finunt, ueram pietatem (quam scripturæ docent) nescire asperna ri, & floccipendere, quæ apud omnes, decreta & statuta esse deberet. Istis porro uidetur, qua fide in deum, & christum quisque sit, non magni referre, si sensus, Ecclesiæ iudicio, fide implicita adhibeatur: Neque sanè plurimum mouentur, si forte gloria diuina, blasphemiis non obscuris labefactetur, nihil modo, in sacræ matris Ecclesiæ dignitatem; hoc est, (ut uolunt) Romanum pontificium, referatur:

Columba.

Deus bone, quid audio? Si presbyteros & sacer dotes, aduersarios existimas Culina (è quorum numero extitere multo plures, quàm magno volumine

volumine recenseri possent, vitæ sanctimonia, fidei integritate, & omnigenæ literaturæ scientia clarissimi, extantque quam multi) firmásque perennes inter te & illos inimicitias, Theomachiam non detractas: Quippe qui illos odit, & auersatur, & deum, odit auersatúrque.

serpens.

Apostolus Timotheum, Titumque instruit & docet, de ordinatione episcopatus, & diaconij, & omni Ecclesiastica disciplina, de cõstituẽdis præsbyteris, quorum præcepta & traditiones custodire, fideles iubet: Et Culina infestissimos hostes eos, haud inficiatur. Et quidem merito, quando quidem nunquam pepercerunt illi hæreticis, ac omni studio peregerunt, vt ecclesiæ hostes, illorum inimici efficerẽtur: Proprias iniurias patienter ferre didicerunt: Porro iniquitatem contra deum, ferre non potuerunt.

1. Timot. 3. 4. & 5. Tit. [illegible] Acto. [illegible] & 10. [illegible]

Ex Hieronimo.

Columba.

Canes extiterũt, dominici gregis custodes, assiduis latratibus, lupos arcẽtes, ne lanigeras agitarẽt, dẽtibúsq; laniarẽt Christi ouiculas. Proinde non mirum, si voraci Culinę, hostes apparent molestissimi: Vtiliter itaque pro se reliquisque lupinæ fœturę partubus, aduersus Clerum principes, plebeiósque concitat: At dolosè, nec minus stolidè, quàm si lupi canibus (incorruptissimis gregis custodibus) necem meditantes, pastores aduersus eos, prouocarent (quod narratur in fabula) Nec minus inconsultè, quam si hostis principem, aciésque inducere conetur ad necem vigilãtissimorum excubitorum, quo fide-

libus & induſtriis cuſtodibus deſtitutos circunueniat, & repētè adoriatur: Nuſquam videre nō licet, caliginoſum ſtrigum vehiculum, trahentibus Hydra & Struthio, magno impetu rotari.

serpens.

Mox mentitur audacter ſtomachoſa Culina, quum ait: Venerādum Clerum facilè permittere ſeſe, traditosq́ue, eius ſolertiæ inſtituēdos populos, ignorare, negligere, aſpernaríque, veram pérque ſacras ſcripturas nobis commēdatam, religionem, quæ vna omnium eſſe debeat.

Columba.

Si eam quam Striges docuiſſe Theutonū quáplurimos, ex prædoctis didiſci, veram religionē appellat, Fateor ignorat, negligit, aſpernat̃ ſubſannat, execratur, explodítque, ac totis ſtudiis profligare molitur eam noſter clerus, quod impia ſit, ſacríſque ſcripturis aduerſetur, omnium præterea legum tam humanarum quàm diuinarum decretis. Nec ſcire, aut diſcere ea quæ veræ religionis ſunt, fidelium quempiam vetat (vt falſo improperat) ſed omnia explicitè ſcire, aut credere, quę ſacra volumina produnt, cunctis ad ſalutem neceſſarium eſſe, pernegat: Alioqui nec Culina de ſalute tam certa eſſet, quæ tam multa ignorat: Nec video, quo pacto ſalutem aſſequerētur, tam multi idiotæ, qui eorum omnium incapaces ſunt.

Serpens.

Porro ſcripturas, paſsim & ab omnibus indifferēnter legi, quum (doctrice experientia) tutum non ſit, non irrationabiliter interdicit, ſimplicibus

plicibus, satis esse ratus ad salutem, non nescire nostræ fidei præcipuos articulos (reliquorũ omnium conceptaculum) quos propterea in vnum collectos symbolum (quod omnia implicitè cõtinet) omnibus explicitè credendos, proposuerunt sanctissimi Apostoli: Post quorum felicem in domino obitum, pro diuersorum temporum varia conditione, quædam expressius credenda fidelibus proposuit Ecclesia (vt testantur sacrorum acta conciliorum) quæ non minus quàm supradictos articulos credere oporteat: Alioqui futurum est, vt ignorans ignoretur. Ecclesiam *1.cor.14.* autem, crede fidelium omnium, sub vno pastore Christo coitionem, de qua Petro, eiúsque suc- *Ioan. 21.* cessoribus (Christi omnium fidelium assensu, generalibus vicariis) mandatum est. Quod autẽ nugatur clerum nostrum, ducere pro nihilo, gloriam dei apertis & euidentibus blasphemiis inquinari, modo loquatur nemo, aduersus authoritatẽ nostræ sanctæ matris Ecclesiæ, id est Romanæ sedis (inquit) probare non posset, nisi apertas blasphemias esse velit, quæ mox temerè & ĩpiè execratur, scelestissimæ mentis conscientia præterrita, & furiis omnibus exagitatas: Audi furibundam.

Culina, Hyd. struth.

Quare tanta atrocitate & pertinatia, pro missa, purgatorio, peregrinationibus, & consimilibus gerri: decertãt? ut nullis in rebus, pietatem consistere dicant, nisi hæc & credantur, & fide ualde explicita teneantur, quanquam nihil diuino sermone confirment.

Columba.

Ex fœdiſsimę ſentinæ affluētia, infrunite blaſphemat, arrogans Culina: Quis æquo animo ferat res tam ſanctas, & tantopere ab omnibus antecesſoribus noſtris (quorum numerus ingens ſanctorum catalogo merito aſcriptus eſt) commendatas, ſcripturarúmque teſtimonio, & credendas & venerandas, tanta impudentia, tantáque ſuperbia, ab vna abominabili Culina, tanquam futilia quædam explodi, & tanquam nullo prorſus dignas precio res, execrari? Quereris, de noſtrorum aduerſum te, tuóſque ſæuitia (implanatrix omnium peſtilentiſsima). Quis hododocus, vel grauiſsimi ſupplicij animaduerſione, te dignore eſt? Hæc ne eſt, præclara illa, & ſolida, rectáque fides tua, & vera de deo cognitio (de qua in immenſum gloriaris) viua ſpes, & certa in deum fiducia, ſyncera (ad hæc) religio tua, & diuinæ gloriæ zelus, ob quæ, te, tuóſque, tam dura pati, queribunde & humili voce lamētaris, Chriſtianiſsimum regem compellare, nihil verita? Quæ mendacia tuis euidētiora? Quis deinceps tuis fidem ſcriptis habiturus eſt, niſi perinde, ac tu ipſa inſaniat prorſus?

Hododocus latro & uiarū obſeſſor.

serpens.

Aegre (præterea) fert Culina, Eccleſiam ſancto ſpiritu edoctam, tradidiſſe, propoſuiſſeque omnibus expreſſè credenda ea, quæ blaſphemis faucibus, rebus nullius valoris confert, quod ex ſcripturis nihil probetur, inquit, aut certum habeatur: Sed euidenter mentitur (vt aſſolet). Nec tamen reiicienda erunt, quæ hucvſque, ab euangelij primordiis, fidelium omnium conſcenſu,

credidit

credidit ac docuit Ecclesia catholica, etiã si eorum nihil sacris literis exprimeretur. Cæterum, vera fides, sine qua nulla est vera pietas, est respectu omnium credendorum. Alioqui si quædam reiiciat, fides non est: Et hoc ignorat Culina, altaris sacrificium, purgatorium, aliáque tam multa, quasi vilia, immo tanquam blasphemias reiiciens, & sine quibus veram extare pietatem contendit, quum tamen, Ethnicorum sententia, bonum ex integra caussa, malum vero, ex singulis defectibus constare, firmatum sit: Quanta subinde dementia, clerum nostrum Anathematizet, consequenter audi.

Culina, Hyd. struth.

Quur? Nisi quia illis deus uenter est, Est culina religio: Quæ si denegarentur non modo, non christianos se esse posse, sed ne homines quidem existimarẽt. Et quanuis nonnulli, laute & opipare degant: Alii secundario pane uictitent, omnes tamen eodem poculo hauriunt: Quod sine his subsidiis, non tantum frigesceret, sed prorsus etiam gelu concresceret: Itaque ex illis, qui maximè de suo à qualiculo solicitus est, is fidei æmulator præstantissimus habetur: Eadem (ut summatim complectar) omnibus est, aut regni sui conseruandi, aut suburræ exsatiẽdæ uoluntas: Neque eorum unum reperias, in quo uel minima ueri zeli significatio appareat.

Aqualiculus, pro aluo, aut uentre sumitur.

columba.

Multi liuoris acta furore Culina, quæ sibi, suísque congruere, apertè constat, rabide in nostros iactat, quod (reor) nostrorum, heu nimium multos, inuenire liceat, in multorum scandalum, & obscœne viuere, & cunctis vẽtris affectibus ob-

ſequioſiſsimè inſeruire,neglectis ſacris,tum ſtu diis,tum concionibus,tum hæreſum inſectatione,aliiſque ſpiritus exercitiis,quæ eos maximè decebat: Horum ferendam inertiam pernego: At multos offendet Culina,ſecus agentes,pios, diuini honoris zelatores ſtudioſiſsimos, inclytóſque fidei defenſores: Quod quum Culinam non lateat,tota ſtupefacta, mirari haud ſufficio, tam audacem vnius Culinæ impudentiam, quæ non veretur in tanti principis conſpectu, tam manifeſta, tamque probroſa mendacia effutire: Quid(quæſo) impudentius, quid ve contumelioſius,in ſanctos Eccleſiæ doctores (quos, pro memoriali nouæ legis ſacrificio, pro purgatorio,peregrinationibus, confeſsionis & pœnitentiæ ſacramento, aliiſque, quæ ſordida Culina peride,ac peſtes reiicit,ſtrenuiſsimè dimicauiſſe non ignoramus) coniici poterat, quam affirmare eos,id vẽtris cauſſa feciſſe? Quamque eos, pro deo,vẽtrem coluiſſe? Quod ſi ventris cauſſa,certamen iſtiuſmodi non ſuſceperunt, ſed zelo ducti fidei (tametſi de Eccleſiæ prouentibus viuerent)quur noſtros omnes(nemine prorſus excepto) tanti ſceleris inſimulare non veretur impudens,ſtolida,& nequam noctua?

serpens.

Inexcuſabilis eſt veſpertilio, omnium noſtrorum(quantumuis diei & lucis filiorum)tam te-
1. *Theſ.*5 merarius iudex: Quippe in quo eos iudicat, ſeipſum cõdemnat: Eadem enim agit, quæ iudicat: Sed non effugiet iudicium dei. At ſecũdum cor
*Rom.*2. dis ſui duriciem,theſaurizat ſibi iram,in die irę, & reue-

& reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius: Dic (deo amabilis ſoror) nūquit ſalua eſſe poſſunt fidei noſtræ dogmata in eis, qui pro humanæ carnis imbecillitate, peccatores ſunt, & immundè viuunt?

Columba.

Etiam fatebitur (ſeſe ad volatum hoc veſpere proferens) noctua, poſſe eſſe: Alioqui nec ſuę doctrinę, nec reliquarum ſtrigum dogmatiſtes (innumeris ſceleribus inquinatiſsimi) ſalua ea retinent: Nec Culina ipſa, quæ peccatrix eſt, non modo, verum, nec fidei communionem tenet, nec inſtitutionis catholicæ, quod ſceleſtiſsimum eſt. *Alluſio ad nomē ueſpertiliōis*

Serpens.

Et de fidei dogmatibus, nobis cum Strigibus res eſt, non de moribus: Aliter, quur non imitātur illorum fidem, qui ante hoc noſtrum ſæculum, moribus integerrimi, virtutibúſque optimis clariſsimi extiterunt? At ſic debaccatur Culina, inuidentiæ morbo obſcurata, & in clerum impudenter inuehitur, quum tamē, nihil ad rem pertineat, principem aduerſus clerum, tam impudenter prouocare, niſi vt ſuæ impietati hoc pacto patrocinetur. Eſt enim omni peccāti, pręſens ſemper aliqua ratio, quam ſuo prætendat errori: Notaret vtinam Culina, compendiariam Philippi Chriſtianiſsimi Francorum regis, cognomento Auguſti, ad milites orationem in expeditione aduerſus Othonem quintum: Viri cōmilitones (inquit) ſpem capimus rei bene gerēdæ, pręſertim, qui aduerſus ſacris interdictos,

& ecclesiæ spoliatores, pugnam suscepimus. Et nos, tametsi per fragilitatis humanæ tenuitatē, peccatores simus, tamen communionem tenemus fidei, & institutionis catholicæ.

Columba.

O certè orationem, Christianissimo principe dignissimam: Si nostri Cleri scelera, Strigum impietati cōferamus (quum sacris interdictæ, & Ecclesiæ populatrices, nec fidei teneant, nec catholicæ institutionis cōmunionem) leuiora certè apparebunt, etiā si à cęteris vitiis abstinerent.

Serpens.

Cæterum, Nunquid potestatem non habent manducandi & bibendi, qui euangelium annūciant? Quis (inquit Apostolus) militat suis stipē
1. Cor. 9. diis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid scriptum
Deut. 25. est, Non alligabis os boui trituranti. Et debet in spe, qui arat arare, Et qui triturat, in spe fructus
Rom. 15. percipiēdi. Aliis rationibus, & permultis suadet
1. Cor. 9. Apostolus, quòd Culina cōdemnat, scilicet me-
2. Cor. 8. tere temporalia (ad totius status decentiam) pro
9. & 11. spiritualibus disseminatis: Prosequamur nuga-
1. Tim. 5. cis Culinæ mendacia.

Culina, hyd. Struth.

Veruntamen nullum tempus prætermittunt, & nostræ doctrinæ abiiciendæ, & omnibus modis, ac uiis quibuscunque possint, dedecorandæ, ut in hominum odium, & suspicionem incurrat.

Columba.

Proprio ore, madacium dixisse, cōuincitur Culina:

lina: Quippe ſi Clerus noſter, commentitiam, contagioſámque, noctuarum doctrinam, omnibus modis, & ſtudiis poſsibilibus, odioſam reddere nedũ, verum & ad perniciem omnino deducere molitur. Quid ni veretur tam apertè mentiri, ex toto clero neminem, qui rectũ zelum habeat reperiri, improbè conqueſta? At planè iam noui, quid Culinæ ſtoliditas, rectum zelum eſſe velit, tutelæ ſcilicet ſuæ impietatis feruorem, quo accenſum ex noſtro clero neminem, lamẽtabiliter queritur: O deliro quouis amentiorem noctuam, & ſcorto quouis impudẽtiorem: Quis hæreticus non ſimilia aſſerturus eſt?

serpens.

Tota ſuo hæret conſilio, obſtinata, à nemine perſuadetur, & iracundiæ obtemperans, ſine ratione fertur: Leges & iura pro libito prę́ſcribit: Fidei (præterea) ſanæ doctrinæ, moribus, virtuti, zelóque, ac rebus cunctis, Leges dare (tanquã rerum omnium iudex exiſtat) illi in voluntate eſt, quum tamẽ ſceleratiſsima ſit. Principẽ quoque Chriſtianiſsimum (quem ſuæ cauſæ iudicem vnicum decernit) inuerecundè interpellat, vt latum iam à ſeſe iudicium, approbare non recuſet, damnétque ſecum, quotquot ſuę impietati non fauent.

Columba.

Nec minus, hæreſeos inſimulandi erunt (Culinæ cenſura) damnandíque tanquam hæretici, principes Chriſtianiſsimi omneis, qui pręcedẽtibus ſæculis, eius fidei quam colimus, acerrimi fuere defenſores, ex quibus tamen, non paucos

religiosissimos fuisse constat. Quis æquo animo ferat, tam impudentes vnius noctuæ stridores? Neminem non culpat, detrahit omnibus, tartareo suffitu obcæcata Culina. Indigna (sane) erat quæ audiretur, nisi structis à sese, & ad fallẽdum cõcinnatis sycophantiis, abduxísset quamplurimos à veritatis luce, abducerétque sedulò conaretur omnes: Pergamus, sequentes eius fallacias rationibus oppressuri.

serpens.

Quasdam nostrorum obiectiones, extemplo recenset, quas refellere ingenti pertinacia (at frustra) contendit: Prior obiectio nostrorum, aduersus Strigum doctrinã, per Culinam prodita.

Culina, Hydr. struth.

Nouam & nuper fabricatam nuncupant.

serpens. Altera. *culina. hyd. struth.*

Variam, incertámque esse exprobrant.

serpens. Tertia. *culina, hyd. struth.*

Quibus prodigiis & miraculis confirmata & rata sit, percunctantur.

serpens. Sequens. *Culina, hyd. struth.*

An iure, tot maiorum institutis, & tam diutinæ consuetudini, præferenda sit (inquirunt.)

serpens. Quinta. *culina, hyd. struth.*

Vt eam, quippe, quæ in Ecclesiam bellum inferat, seditiosam concedamus urgent, uel Ecclesiam tot annis elapsis, qui eius doctrinæ non meminerunt interemptam fuisse referamus.

Serpens. Postremam audi. *cul. hy. str.*

Nullis denique rationibus opus esse affirmant, quod ex fructibus facilè iudicari posit, quod tot sectarum turbas

prouocet,

prouocet, tot ſeditioſos tumultus concitet, tam effr:natam & redundantem ſcelerum licentiam afferat.

serpens.

His præmiſsis immaniter effertur, & noſtros omneis floccifaciens, de ſcientiæ ſuæ celſitudine, déque ſingulari eloquentia (quaſi ad vnum omneis ſuperaret) mirandum in modum gloriatur, inquiens.

culina. hyd. struth.

Neque profecto illis eſt difficile, in cauſſa quæ prorſus deſeritur, præcedere, & ſuperiores eſſe, cum præſertim ignaro populo & leui, fides facienda eſt, ſed ſi nobis dicendi locus daretur, ardorem quo excandeſcunt reſtinguendũ conſiderem.

Columba.

Monſtroſa (ſanè) res eſt, & quæ cunctis admirationem ingerere poſsit Culinæ inuerecunda & temeraria ſtoliditas: Si cœlũ, terrámque, ſuis Stridoribus haud cõmouiſſent Noctuæ, nequaquam indictum fuiſſet aduerſus eas, œcumenicum conſilium, ſolenni (vt moris in eccleſia ſemper fuit) ritu celebrandum: Quur tu, tanto (vt abunde gloriaris) fidei illuſtrata ſplendore, tãtóque inflammata charitatis ardore, comparare (tuã cauſſam tutatura) auſa non es? Quur tũc, tua glorioſiſsima præſentia, tuæque inſignis peritiæ validiſsima energia, non feciſti, vt noſtrorum ſpumas agens in ſtriges ardor, refrigeſceret? Quod tamen te facturam (priuſquam generale conſilium denunciaretur) gloriabaris mirum in modum, modo facultas tibi, & loquendi locus concederetur: Hui, metuebas tunc, verita peri-

culum: Tunc tuæ temeritudinis olla (quæ immenſo tumore, quum hanc dictares, indubiè authore Satanæ epiſtolam excreſcens ebulliebat) deferbuerat.

serpens.

Extimuit tunc illa, aleam ſubire recuſans: Autumabat glorioſa, noſtros congrediendi copiam non modo nunquam facturos, ſed nec quidem auſuros, quãobrem iactabunda, pro libidine nugabatur: Pugnam verò cientibus noſtris, comparere auſa non eſt. Diffidit cauſſæ, qui iudicium ſubtergit: Sciebam certè, nihil minus appetere noctuas, quàm vniuerſale conſilium, tam& ſi infeſtiſsimis clamoribus viderentur vrgere omnes vt celebraretur, credulis & incatuis, nos omnes in eo peſſum iri ſuadentes: Secus autem cõtigiſſe, expertè ſunt, proinde ſeſe, aut non auditas, aut vim in eas factã, aut falſum aliud quoduis, coram illiterata, credula, & perſonatæ libertatis auida plebecula, ementitæ ſunt. Hoc aſtu, dementante Satana ſtriges, earúmque dogmatiſtes.

Columba.

Vt video: Quemadmodum ex gurgite emergentes ranæ, abſcentibus (quorũ prẹſentia cohercentur) oblatrant coaxantes, ita & ſtrigibus accidit: Nunc audiamus, quam potenter retundat noſtrorum productas à ſeſe obiectiones.

Serpens.

Priorem opprimere ſeſe arbitratur, ſequente reſponſione.

Culina. Hy. struth.

Primum

Primum quod nouam esse dicant, graues in deum iniurias inferunt, cuius sucerrimum uerbum, neutiquam fuerat, nouitatis arguendum: Equidem nescius non sum, doctrinã hanc, illis nouam esse, quibus & Christus ipse, nouus est, eius quoque Euangelium: Verum cui compertum est, Hunc Pauli sermonem, antiquum esse, Christum pro peccatis nostris mortuum, & ad nos iustificandos resurrexisse, haud in nobis quicquam nouum esse comperiet: Quod si diu, multumq́ue latuerit, & incognita fuerit, In hominum peruersitatem & impietatem, error est conferẽdus: Quum uero nobis, Christi bonitate, restaurata est, cum pristina authoritate recipi saltem debuerat. Rom. 4.

Columba.

O deus bone, quam atra, squalida, exitiosaq́ue obsita est caligine, Culina, iam audiuimus, & in multorum perniciem, noctuis stridentibus, sumus experti, qualis est eorum doctrina: Et Culina eam, verbum dei esse contendit. Quis hæreticorum, idem de sua peste non asseuerauit tam & si falsiloquos sese esse non nescirent? Quam (quæso) deo iniuriam irrogarunt, qui illorum iamolim dogmata & noua dixerunt, & forti impetu reprobarunt?

Serpens.

Qui Strigum improbant execranturq́ue, ac prosternunt (pro viribus) doctrinam, & tanquam nouam reiiciunt, eius (adhæc) authores insectãtur (contra eos iuris via procedendo) tantum deo ipsi obsequium præstant, quantum Moses, trucidando fœminas Madianitas, quæ peccare fecerant filios Israel: Aut certè Samuel, Agag regem Amalech, cui pepercerat Saul, ob quod ir- Nume. 31 1. Reg. 15. 1. Reg. 16

reuocabili dei decreto, regno priuatus eſt, Nec eſt quod tantopere mireris Culinam,tam temerè affirmare ſuam perniciem, eſſe verbum dei, noſtram autem doctrinam & nouam & hęreticã. Nam apoſtolorum tempore hæretici quidẽ,palã ementiri non verebantur Apoſtolum Paulum, & Chriſti,& eius euangelij, expertem eſſe, cæteríſque coapoſtolis,in doctrina fidei diſſentientem:propriam impietatem (quam verbũ dei dicebant) Apoſtolicæ doctrinæ præponentes non modo, verum & pro impoſtore habentes Apoſtolum: Et beatiſsimo,diuinorúmque arcanorũ conſcio Iohanni Euangeliſtæ aduerſabantur, puluereęfarinæ homines iſtiuſmodi:Et poſtquã felici vita pręſentẽ cõmutarunt Apoſtoli domini noſtri,innumeri hæreſiarchæ, temeritudine incredibili,ſeſe illis anteponẽtes eorum doctrinam(Chriſti verius)magna peruicacis animi duritia oppugnarunt.

Columba.

Incredibilis mihi antehac fuiſſet tanta ſtrigum obſtinatio, tantáque ſtoliditas: Chriſtum cum ſuo Euangelio, noſtris nouum eſſe, ait noctua: Et tamen propter Chriſtum, eiúſque Euangelium, glorioſam mortem affectaſſe nedum, verum & oppetiſſe,noſtrorũ permultos, tum pontificum Romanorum: Aliorum item epiſcoporum (qui ſedem Romanam venerabantur) tum aliorum vtriuſque ſexus innumerorum, planè conſtat:Noſtros(præterea)ignorare, Chriſtum
Roma. 4 traditum eſſe propter delicta noſtra, & reſurrexiſſe propter iuſtificationem noſtram Apoſtoli,

ſtoli,magnæ antiquitatis prædicationem, quam ſuam doctrinam eſſe dicit,hominum(certè)impietate,diutiſsimè ſepultam, at dei pietate, ſibi ſuíſque reſtitutam, proinde ab omnibus in ſua vetuſta antiquitate ſuſcipiendam.O impudentiam modis omnibus reprimendam non modo, verum & elidendam:Noſtrorum adhuc balbutientes pueri,ab Apoſtolorum felici æuo, apertis faucibus,Chriſtum pro delictis noſtris mortuum,atque ad vitam rediiſſe felicem (quo iuſtitiã fidei aſſequeremur omnes) cõfitentur,ouantéſque cantitant,nec minus cęteros,noſtræ fidei articulos.Et Culina, noſtris noua ea eſſe, immo incognita, & hucvſq; ab Apoſtolis,ſanctiſsimorum vtriuſq; ſexus hominum impietate ſepulta,ementiri non erubeſcit:Quod ſi mentiri non exiſtimat ſeſe,prorſus cæcam eſſe oportet, quæ non videt tam manifeſta:Si ſepulta fuit,quomodo tam concordibus animis inter noſtros, nuſquam non reſonat? Qui ei creditur paſsim, tanquam cognitæ veritati? Qui ergo fieri poteſt vt noſtris noua & incognita ſit? Et ſi prædicatio illa, eius eſt doctrina, quur de noſtrorum aduerſus ſuos ſæuitia, tam impudenter queritur? Eam (dubio procul) prædicationem, fides & Apoſtolus nos docuerunt,eámque incõcuſſa ſemper fide tenuimus, tenemúſque, veriſſimã:Eam intrepidè & impunè, palã noſter clerus prædicat,nec ob eam,quenquam auerſamur, neque in quempiã,propter illam aliquãdo ſæuit Francorũ magiſtratus, qui Chriſtianus eſt: Ob ſupra memorata igitur,& alia,noua,omníque di-

gnifsima fupplicio à noftris infectatæ funt ftriges; quod vafre & in multorum imprudentum perniciem reticet, veteratrix Culina, aliam perfecutionis Strigum cauffam effingens: Vbique videmus, hydrę & Struthiocameli impulfu, Strigum trahi, ferríque octophorum.

serpens.

Animaduerte peramplius, verbis Culinæ intectam, tum nequitiam, tum ridiculofam ftultitiã: Nequitiam intellige, Succurrant, quæ fupra narrauimus, de vera noctuarum pietate, rectáque eorum Chrifti cognitione, de Euchariftia, de purgatorio, de confefsione, aliífque earundem impietatibus (fubticendis reuera, fi non impuliffet Charitas) quæ noftris noua effe affirmat, intectáque apoftoli verbis contẽdit dolofa, tametfi ea exprimere, non audeat. Alioqui, quomodo noua nobis eft, ea Apoftoli prædicatio?

Columba.

Vtinam Chrifti iftiufmodi, aut euãgelij illius, ædes nulli vnquam peruiæ fierent. Hydram video: Pande ridiculum.

serpens.

Quum prædonum quorundam impetus prohiberent, maleficiáque damnarent, ac in quofdã eorum grauiter animaduerterent (reipublicæ tranquillitati confulentes) prouinciæ magiftratus æquifsimi, prædonum princeps metuens, ne deprehenfus fcelerum debitas pœnas lueret, ad finitimos, profugit hofteis: Vbi (dum exularet) fcripto verbóque, publicè querebaẽ, in fe fuófq;, iniuftè fæuitũ effe, quippe non ob aliud (aiebat) quàm,

quam, quod probè, piéque viuentibus inuiderēt prouinciæ magiſtratus, aſtu maleſacta reticens: Atque hoc dolo, improbos quoſuis, magiſtratibus nedum, verum toti prouinciæ, multo irritatiores (haud magno labore) reddidit.

Columba.

Prædo Sycophāta, malefactorum ſuorum gnaris, & oculatis quibuſlibet, riſui erit.

Serpens.

Nec Culina minus: Quippe quum noctuarum blaſphemias damnemus, nouámque doctrinam reprobemus, ob quæ tantummodo (nō quod credunt nobiſcum Chriſtum propter peccata noſtra mortuum, & reſurrexiſſe propter iuſtificationem noſtram) in pertinaces, per magiſtratus æquiſsimos animaduerſum eſt. Innumeris tamē ſcriptis lamentatur transfuga noctua, ſeſe, ſuóſque ob hoc tantummodo, pœnas, exilia, mortéſque, perpeti, quod credunt Chriſtū, propter peccata noſtra traditum, rediuiuúmque propter iuſtificationem noſtram, dolo obticēs, de blaſphemiis. Quapropter incautos & leues permultos, noſtris reddidit moleſtiſsimos.

Columba.

Non multo deinceps labore opus erit, ad retūdendas Culinæ nugas (ſpero) Iam enim te docente planè noui, quæ ſint Noctuarum ſtrophæ, ſycophantięque, Sequentis audiamus obiectionis reſponſionem.

Serpens.

Ad ſecundam reſpondet in hunc modum.

Culina, Hyd. ſtruth.

h

Eodem inscitiæ fonte prorumpit, quod dubia incretáque
Esa.1. *habeatur: hoc profectò, dominus uerbis prophetæ conqueritur, Bouem agnouisse suum possessorem, & Asinum domini sui præsepe, se uero à populo suo ignorari: Tametsi illam ut incertam illudant, si tamen sanguine proprio, illis sua consignanda esset, uitáque pro ea profundanda, quanti illam facerent liquido constaret. Fiducia uerò nostra longe alia est, quæ neque necis terrores, neque diuinum iudicium reformidat.*

Columba.

Dubiam nedum, aut incertam, tuam existimamus (Culina) doctrinam, Sed falsam, erroneam, hæreticamque, & ex stygia palude scatantē: Nec spiritus ille, quo aguntur Striges, ille deus est,
Esa.1. qui per Esaiam prophetam, Israëlem reprehendit. Quippe mendacij, temeritudinis, stoliditatis, & incredibilis impudentiæ, numen est nequissimum, & pseudo omnium hæreticorum
Tuatim, tuo more deus: Sed tuatim, quæ deo viuo scripturæ competere affirmant, pseudo tuo numini pro libidine tribuis, & quos tuæ impietati non assentiri cernis, deum non agnoscere impudenter ementiris, quod blasphemum genium tuũ non agnoscant: Hoc nulli hæretici non dixerunt, proinde nec mirum, si eos sequeris, quauis noctua versutior.

Serpens.

Non nos remoretur, sacri vaticinij (quod de Christo Iesu domino nostro ab Israele reprobato interpretarũt catholici, tametsi de Patre deo intelligi queat) prolixior discusio, insolentissimam iactantiam examinemus Culinæ: Pro-

priam

priam gloriatur, ſuorúmque fiduciam tantam eſſe, vt nec mortis terrorib⁹ diſtineatur, nec dei iudicia timeat, ac proinde noſtrorum fiduciæ abſimilem, quod nec ſanguinis iactura, nec vitæ diſpendio, noſtram tueri doctrinam auderemus (ait) Nos ſacris edocti ſcripturis dei reformidamus iudicia, quandoquidem in conſpectu eius, non iuſtificabitur omnis viuens, nec ſtellæ coram eo mundę ſunt, quanto magis homo putredo & filius hominis vermis? Ea autem, ſi noctuæ non timent, eas nimirum cum cæteris hæreticis errare fecit dominus in viis ſuis, indurauit corda earum, ne ſe timerent: Quis non timebit te (ò rex gentium) vociferabatur ſanctus vates. *Pſal.142* *Iob.25.* *Eſa.63.* *Hier.10.*

columba.

Ex præcedentibus planè didiſci, quàm formidanda ſunt dei iudicia, quæ haud verentur noctuæ, ac ſi angelis ipſis mundiores eſſent, extráque aleam cæterorum mortalium: Cognouimus tamen quaſdam illarum, iminentis mortis articulo conſtrictas, proprięque iniquitatis cōſcias, dei verentes iudicium, palinodiam recantauiſſe: Quod gloriatur ſeſe, ſuóſque à mortis terroribus procul abeſſe, quod ad ſe attinet, propria fuga mendacium eam dixiſſe teſtatur. Si alias noctuas ſpectauerimus, quæ media (quæſo) vel ma lignißima negligūt, vt à morte ſeruentur. Quot mendacia concinnarunt, quot teſtes falſos conduxerunt, quotque inſidias moliti ſunt eis, qui cenſoribus eas denunciarunt? Vbi talia feciſſe Apoſtolos, aut alios ex noſtris legimus, tametſi Culina quoſdam in vinculis habuerit? Quot

(præterea) ex noſtris, noctuæ (authoritate priuata) truciter necauerunt, quod eas magiſtratibus prodidiſcent: Et Culina ſeſe, ſuóſque à mortis procul abeſſe metu, immo deſideriũ diſſolutio-
1. cor. 5. nis terreſtris huius domus, cum Apoſtolo habe-
philip. 1. re & eſſe cum Chriſto, tã apertè nugatur: vbique mendacem Culinam comperimus.

serpens.

Tertiæ obiectionis, probroſiſsimam ſimul, & verboſiſsimam reſponſionem, audiamus.

Culina, Hyd. struth.

Quod prodigia requirant, limites rationis tranſiliunt: Nullum enim nouum cudimus euangelium, ſed illud amplectimur, cuius ueritati confirmandæ, omnia & Chriſti, & Apoſtolorum miracula delata ſunt.

columba.

Ex præcedentibus conſtat mentiri Culinam: Quo micuralo, prænarratas impietates cõfirmauit Dominus, aut certè illius Apoſtoli? Et propter eas (in quibus certiſsimè à nobis diſsident Striges, quaſque doctrinam nouam appellamus) orta eſt per orbem Chriſtianum tam ſæua tempeſtas: Quos (quæſo) ab Apoſtolis hucvſque, habuit præclara illa doctrina dogmatiſtes? Si nullos habuit ante hoc noſtrum ſæculum, qui fieri poteſt, vt eam Chriſtus cum Apoſtolis prędicatam, miraculorũ confirmauerit teſtimonio? Permanſiſſet vtique perpetuo, à Chriſto, eiúſque Apoſtolis accenſum lumen: Non enim fieri
Luc. 8. et poterat vt accenſa lucerna, quæ Eccleſiæ domũ
11. vniuerſam illuſtraret, tã modico tempore lucẽs (Chriſti videlicet & Apoſtolorum temporibus) tamdiu

tamdiu ſub modio, inutilis recōderetur: Nullus quippe ſucceſſorū eorundē illius doctrinæ meminit vnquā, Ac ſic in tenebris, errorum cum illis hucvſque permanſerunt vniuerſi: Vbi lux vera illuminans (ab hora ſuæ glorificationis, ad finem vſque ſæculi) omnem hominem venientem in hunc mnndum? O Arrogantiam, Dæmonum inſolentia, minus tolerandam. Ioan. 10.

serpens.

Strenue hoſtem profligas: Nunc audi quanta inſcitia, elabi conetur (argumento miraculorum preſſa) garrula Culina,

Culina. Hyd. Struth.

Verum quiſpiam affirimet, illos nobis in hoc ſuperiores eſſe, quòd ſuam doctrinam, aſsiduis prodigiis corroborent, quæ etiam in noſtram memoriam fieri deſierunt: Illi verò miranda potius proponunt, quæ animis ſcrupulum iniciant, qui alioqui oportuniſsima quiete fruerentur, adeo nugoſa atque doloſa ſunt.

serpens.

Animaduertis, iuſcitiæ, ſtoliditatiſque, immo contradictionis ſpiritu, lymphaticā agi Culinā?

Columba.

Nihil manifeſtius: Si enim tam apertè friuola, nulliúſque momenti, nugatoria, aut certè mendoſa ſunt, à noſtris ædita miracula (aut certè verius quæ per illos efficere dignatus eſt deus, vel ad noſtræ fidei confirmationem, vel ad virtutis ſibi delictorum oſtenſionem) qualia extiterunt: Diuorum Martini: Nicolai, Maurilij Andium Epiſcopi (à quo diuus Renatus illi in epiſcopatu ſuccedens, mirificè ſuſcitatus fertur) & alioh

rum innumerorũ vtriusque sexus fidelium, qui fieri potest vt spiritum alias tranquillum cõturbare & dubium reddere potuerint? Nusquã enim commouetur inanibus signis, spiritus certus & quietus, sed spiritus leuis & inconstans: Porro tranquillis animis, molesta nunquam fuerũt nostrorum miracula: Sed infideles & hæreticos nõ paucos (quorũ conscientia mentẽ excitatẽ vexabat) eis visis à periculo in tutum reductos, exploratum habemus: Quamobrem nec ironicè hoc dicere potuit (quasi nullus vnquam, nostrorum miraculis moueri potuerit) cum eius oppositum cõpertum habeamus: Nec subdubito, quin illorũ impetu, scelesta mens Culinę quatiatur, si nõ illam omnino, deus despexerit.

serpens.

Non animaduertit imprudens, quantũ Christi dignitati, sanctorum quoq; honori detrahit, miracula nostrorum à felici Apostolorum obitu patrata, derridens, quasi nulla vnquam potuerint (ab Apostolis) vera fieri miracula quantumuis diuina virtute, sanctorum interuentu, quum tamen pollicitus sit idem dominus noster, credentem in se, ea opera facturum non modo, quæ
Ioan. 14. eum facere viderũt Apostoli, verum & illis multo maiora: Audiamus quod subsequitur.

Culina. Hyd. struthio.

Et quãuis essent admirabiliora hominum opinione portenta, nihil tamen aduersus Christi ueritatem efficere deberent, quum illius diuinum nomẽ, & miraculis, & rebus natura productis, semper & ubique sit uenerandum.

Columba.

Impie-

Impietatem cum Strigibus,& natam & perituram, dei veritatem esse decernit,ipsa arrogantia, arrognatior noctua, contra quam valere debent minime,nostrorum miracula, quantumuis prodigiosa & admirabilia(inquit) quod modis omnibus,vbiq; & iugiter,nomen dei sanctificādum est:Dic insulsa.Nunquid sancti illi(quorū paulo ante meminimus)signis verè Apostolicis,pietatéque conspicui, nomen dei omni iure venerādum (quod strigum impietate intergentes non minus,quàm inter Christianos iugiter blasphematur) modis omnib⁹,vbique & asiduè sanctificauerunt? Et tamen tuarū expertes erant blasphematū,nostræ autem doctrinæ, nostrique tenaces instituti.

serpens.

Haud inconsultè dixisti,sanctissimum nomen domini,Strigum impietate blasphemari : Sed si cognitionem haberes, infandissimi vôluminis (quod absque lachrymis, in memoriā reducere nō possunt)à paucis diebus à tenebrionibus æditi, atque perditissimorum hominum quorūdam opera,in lucem ad multorum perniciem emissi, deque tribus impostoribus intitulati, quantum horreres noctuarū blasphemias (soror dilecta) præ animi tristitia(opinor)deficeres:At de illo, nec aliquantisper fabulari tutum puto.

Columba.

Meipsam proinde hac in re, obmutescere iubes : Prodeo ergo in aciem,intermissas Culinæ nugas profligatura pro viribus:Quæ(quæso)ex Strigibus, Immo quis Sathan, mortuos suscita-

re potuit vnquam? Nostris autem diuina hoc vir tute concessum est. Non vt diuinæ aduersarētur veritati, aut gloriæ nōis Domini (nescit quippe diuina virtus, impietati & blasphemiæ patrocini) sed potius ad hęresum, aut infidelitatis cuiuscūque profligationem, aut certè (vt dictum est) ad sibi dilectorū manifestationem: Quapropter ędita à nostris (quiete beata soporatis apostolis) miracula, quæ noctuarum Sycophantia, calumniari nequit, contentionem de doctrina Strigum dissoluere possunt. Noctuis (fateor) permittitur nonnunquam ad multorum incautorū circumuentionem, prodigia quædam (operante immundiciæ omnis & fallaciæ spiritu) cooperari, hominibus quidem mirabilia, sed miracula (quæ secundarum causarū vires excedunt) nunquam: Illos ergo subsannare, quibus verè miracula operari datum est, nullo pacto noctuas decet, at omnibus manifestum esse, tales verè fideles extitisse. Sequamur, iam & videamus nunc, qua effugiat.

Culina, Hyd. struth.

Et hæc maiorem fidei speciem præ se ferrent, nisi miraculorum agendorum, legis scripturæ nos commonuissent:
Mar. 16. *Nam diuus Marcus comprobat, discipulorum miracula, ad ea quæ diuinitus operati sunt probanda spectasse. Item di-*
Act. 14. *uus Lucas, miraculis christum suæ gratiæ uerbo testimonium, exhibere uoluisse. Cui consentaneum est illud Apostoli dictum, salutem Euangelio prænunciatam, eo fuisse corroboratam, quod signis & uirtutibus miraculosis Chri*
Roma. 15 *stus eidem testimonium præstitit. Quum ea, euangelii sigil*
Heb. 2. *la esse debere accipiamus, in eius authoritatem enertēdam*

confere-

conferemns? Quum ad ſtabiliendam ueritatem parata intelligamus, ad mendacium muniendum impendemns?

serpens.

Qua euadat, neſcit prorſus garrula: Nullus quãtumlibet verſipellis, aut callidus poteſt (quibuſcunque fraudibus, aut mendaciis) ædita à noſtris diuina ope miracula calumniari, ſaltẽ mortuorum excitationes: Porro nulli vnquam, ſcripturarum ſanctarum, aut diuinæ verítatis aduerſario, talia miracula ædere cõceſſum eſt, ad qualemcũque vſum. Eos itaque, veritatis meraciſsimę ſedulos amatores fuiſſe oportuit: Qui quum Strigum doctrinæ, neſcij extiterint: Porro ad diuinæ veritatis amplexum propenſiſsimi, Strigũ doctrinam, veritati aduerſari, neceſſe eſt: Quid oggannis igitur (tuo illo verborum exitioſo lenocinio) noſtrorum miracula, conuertenda non eſſe, ad euangelicæ authoritatis deſtructionem, & ad mendacij confirmationem? Si abs re ædita nõ ſunt, ſed (vel tua ſententia) ad veritatis euãgelicæ confirmationem, in ipſis euangelica veritas fuit: In vobis autem erroris ſpiritus: Siquidem illorum, & fidem, & mores, vos reprobatis. Sunt ergo noſtrorum miracula, ad tuæ, tum mendacis, tum interituræ doctrinæ incredibilem ſuperbiam demoliendam, validiſsima, ab optimo Ieſu, præparata tormenta.

Columba.

Non eſt igitur (ò Culina) euangelium, aut veritas (vt hic aſſeueras impudentiſsimè) tua impietas, ſed pernicioſa labes euidenter, quum ſit, nec tamen videas, indubiè cæca es: Quod autem

de vſu ſignorum apoſtolicorum legitimo, te ſo-
lerter & quantum opus eſt, diſſeruiſſe exiſtimas,
alium tamen vſum eſſe miraculorum, ex Paulo
antedictis, & ipſa quoque teſte experientia, aper
tè conſtat: Nec ſacras ipſas ſcripturas, noſtris nō
aſtipulari ſubdubito.

serpens.

Immo quam fauorabiles tibi ſint ſcripturæ cō
ſydera (optima ſoror) Non enim miraculorum
vſus vniuerſos, recenſuit Culina, ſed aſtu, cæte-
ris prætermiſsis produxit, quod ſuæ fugæ ſuffra
gari autumabat, Nempe eo miraculorum ariete,
concutitur grauiter, moleſtéque conſtricta ar-
ctatur: At talis eſt noctuarum verſutia: Inſigni
miraculo teſtificatus eſt deus, in ipſo mundi ex-
*Gen.*4. ordio, Abelem ſibi gratū, & iuſtum, muneribus
*heb.*11. eius (miſſo diuinitus igni) conſumptis: Domi-
nus (item) ſignis mirabilibus coram filiis Iſrael
Ioſ. 3. 4. æditis, Ioſue magnificè commendauit: Qui, vt
& 10. de hoſtibus, integram vindictam exequeretur,
miraculoſè ſteterunt. Sol & luna quamdiu vl-
tionem perfecit: Vt ſcirent (adhęc) quam graui-
1.*Reg.*12 ter in deum deliquiſſent, quum regem ſibi impe
raturum poſtulauere filij Iſrael, orante Samuele
(eximio eius gentis vate) dedit dominus in die-
bus triticeæ meſsis, voces & pluuias de cœlo, a-
deo vt timeret populis dominum, & Samuelem:
Aquas mortiferas, miſſo in fontem ſale, ſanauit
4.*Reg.*2 Heliſeus. Et paulo poſt, Illudētibus ſibi pueris,
quum maledixiſſet in nomine domini, egreſsi
4.*Reg.*4 de ſaltu Bethel proximo, duo vrſi, lacerauerunt
ex eis, duos & quadraginta: Oleum viduæ mu-
lieris

lieris pauxillulum (quo & creditori satisfaceret & viueret de reliquo) Idem, diuina virtute multiplicauit: Sunamitis (pręterea) religiosæ matronæ, extinctum filium suscitauit. Alia prætermitto sanctissimi illius prophetæ miracula, vt demissa in ollam farina, de ferro securis prolabente in aquam. Aliorum, item innumera, quæ ad sibi dilectorum vota, operatus est deus: In Ecclesia primitiuorum, ostẽdit deus Ananiæ, eiusque coniugis subitis mortibus, deo mentiẽdum non esse, neque tentandum spiritum domini: Sanctis & fidelibus Ioppe, discipulam Tabitam nomine, suscitauit Petrus. Non ad illorum in fide confirmationem, tam etsi gentilium non pauci, agnito miraculo credentes, deinceps domino adhæserint: Adolescentẽ Troade qui graui mersus somno, de tertio cœnaculo corruens fato cõcesserat, Paulo sermonem protrahente, suscitauit Apostolus, non ad fidelium discipulorum in fide confirmationem, sed ad eorum consolationem: Et ne idem Apostolus, tristitiam super tristitiam haberet, ad mortem vsque ægrotantem Epaphroditum, pristinæ incolumitati restituit dominus. Alij itaque miraculorũ vsus legitimi negandi non sunt: Nec nobis refragantur loci, quos ad suæ fugæ suffragium, ex sacris deprompsit Culina.

4. Re. 4. *4. Re. 6.* *Hebr. 12.* *Acto. 5.* *Acto. 9.* *Acto. 12.* *Philip. 2.*

Columba.

Nihil ergo vetat deum, sanctos suos (quos mũdus exosos habet) sibi gratos & iustos variis miraculis testificari, commendare (adhæc) exaltare & consolari: Adhuc intus est Culina, necdum e-

Natrix genus serpẽtis, quod in aquis uenenum quoque spargit.

lapsa est: Videamus si forsitan aliorsum suffugere moliatur Lubrica Natrix.

serpens.

Audi quot suis dolis, quærat diuerticula.

Culina. vyd. struthio.

Quare dogma, quod miraculis anteit primum (ut ait Euangelista) est præponderatum: si admittatur, tum aliquid fidei sibi, miraculis uendicabit: Est uero certum (authore Christo) doctrinæ sanctæ argumentum, si non humanæ gloriæ, sed soli diuinæ consulat, & quoniam asserit

Ioan.5. *christus, Id doctrinæ periculum esse faciendum, perperã miracula assumit, qui ad aliud quam diuini nominis gloriam confert.*

Serpens.

O plena omni dolo & omni fallacia, filia diaboli, omnísque iustitiæ inimica, quæ vias domi-

Acto.13. ni rectas subuertere non desinis: Ecce nunc manus domini super te, & cæca eris, Solem iustitiæ forsitan nunquã visura. Iam enim atra caligine, & densissimis tenebris, vndiq; obscurata es: Dic mendax vbinam dicit Euangelista, doctrinã miracula præcedentem, examinari prius debere, & si approbetur sequentibus miraculis confirmationẽ accipiet? Dominũ apostolorum prædicationem, eorúmq; doctrinam, sequentibus signis confirmauisse. Narrat euangelista, nõ tamen necessario examinatã prius & approbatam, deinde confirmatam miraculis. Examinata enim doctrina, & approbata, miraculis opus non est: Alioqui & nobis miracula necessaria, continuò forent. Quo (quæso) examine, coram gentilibus inuestigabatur, sacra illa Christi doctrina, quæ lumine

tantum

tantum insito(id est fidei) non congenito & naturali,inuestigari,scirique potest?Si Mosi,& prophetarum præscriptis dixeris, Illa certè auersabantur gentiles, nec secus, ac meras affanias respuebant: Nec minus noui testaméti scripturas, si quæ tunc erant seclusis miraculis, quorum tamen medio,nullo præcedente examine,sanæ doctrinæ ab iis quibus datũ erat à deo credebatur: Ais (præterea) de tua doctrina oggganniens, signum veræ doctrinæ esse,quando non alio tendit,quàm ad gloriam,nõ hominum,sed dei,proinde tuam verã esse,quòd hominum tollat merita:Dic luscioſa,num alio quàm ad dei gloriã tendit nostrorum doctrina, tametsi nos cooperatores asseueret dei,ac promereri apud deum,vt dictũ est?Quur ex Euagelistę,à te productis verbis id confiteri verita es dissimulatrix?Illi (inquit) profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante,& sermonem confirmante, sequentibus signis. Et Apostolus (nihil diuino honori detrahens) Vnusquisq; propriam mercedem accipiet,secundũ suum laborem(aiebat)Dei enim sumus adiutores.Porro de merito supra satis dictum est:Si eadem dicentes, hæreſecs à te insimulamur,& tanquam propriæ glorię cupidos arguis,quid superest nisi vt tu quoque, Euangelistam reiicias, Apostolum auerseris, reliquásque scripturas,quæ eadem dictitant pessundes,innumeros(adhęc)diuinæ prætextu gloriæ,negligẽter agere suadeas, propriam gloriam aucupata? quot(obtestor) ex tuis (quos Atheistas vocant) eo dementiæ, sunt permittente Deo prolapsi? 1.Cor.3.

Posthac nostrorum miracula indubitata: audet signis Satanæ cōnumerare, aliud suis versutiis prætendens diuerticulum.

Culina. hyd. struth.

Debet quoque nobis in mentem uenire, satanæ miraculorum, quæ potius fraudes, quam syncerae uirtutes, sunt appellanda. Ea tamen sunt eiusmodi, ut sine negotio uulgares, in errorem rapiant.

Columba.

At non habet talia Satanas, qualia deus per nostros ædere dignatur: Permirum quòd nos omnes, dementatos hactenus, tam insolenter contendit noctua vna. Etiam summos monarchas, cum magistratibus Christianissimis.

serpens.

Non minus calumniosam substruit sentētiam, magos, incantatoresque, nostros (quos sanctissimè vixisse liquidò constat) eorúmque opera incantamenta, & eorum doctrinam superstitionem, insana & furiosa appellans, sequitur:

Culina, hyd. & struthio.

Magi semper miraculis insignes fuerunt, Ethnicorum idolatria, diu mirandis prodigiis educata & nutrita fuit, quæ tamen, neque magicæ superstitioni, neque Ethnicæ idolatriæ, probandæ, satis fuerunt.

Columba.

Quum nec mortuos suscitauerint, nec alia véra ædiderint miracula, aut magi, aut idolatrę, aut sine ratione extra propositum fertur Culina, aut certè (falsa implanatoris Satanę suggestione delusa) quos reuereri, eam merito decebat, aperto blasphemat ore, magis & idololatris eos (à recto plu-

cto plurimum deflexa) conferens: illorumque miracula damnabili idololatrarum ac magorum superstitioni: Dic (obtrectatrix impia) Nũquid de veris miraculis & quę ędere, nullis vnquam, præterquam fidelibus concessum est sermo est? Quibus aliis datum est mortuos verè suscitare, cæcos verè illuminare, aliáq; vera miracula in lucere dare? Quis ex toto Lutheranæ coniurationis cœtu, vel exiguo miraculo, aut doctrinã, aut mores testificatus est vnquam? Quid hic opus, delusionum commemoratione, magorum idolatrarumque, præstigiatrix? Nempè vt dictum est, de veris miraculis, signis verè Apostolicis, quibus inclarescere, nostris tantummodo, non hæreticis, aut infidelibus, concessum est, verba facimus.

Serpens.

Supradicta, plus satis opprimũt, quæ post hac de miraculorum oppositione nugatur, obturbata Culina (quod nec semita fugæ pateat)

Culina. hyd. struthio.

Olim Donatistæ, eodem fraudis ariete, uulgi imperitiã stupefaciebant, quòd uaria miraculorum genera ederent.

Serpens.

Vt facturus est (permittente deo) Antichristus perditionis filius, qui iam olim (Strigum omniũ opera) mysterium operatur iniquitatis. 2. Thes. 2

Columba.

In tenebris cæcutiunt noctuæ continuò, postquam semel à veritate desciuerunt: audiamus quod subnectitur.

Culina, Hyd. struth.

Nunc istis aduersariis nostris, quod Donatistis olim respondit diuus Augustinus referimus: Dominum satis animi nobis delibasse aduersus istos miraculorum authores, præ-
Matt. 24 *sagientem. Pseudo prophetas uenturos, qui admirandis et prodigiis rebus, electos etiam si fieri posset seducerent. Atque diui Pauli uaticinio prædictum est, Antichristum, cum*
2. Thes. 2 *omni potestate & prodigiis falsis futurum.*

Columba.

Nullam habet mẽsuram, erroris impudentia, quæ sanctissimis vtriusque sexus hominibus, tam temerè detrahit: Eos (quippe) garitu istiusmodi, aduersarios, præstigiatores, pseudo prophetas electorum seductores, & Antichristi mẽbra appellat, tortuosum ingenium: Ita erronea & inordinata est, dispositio eorum, qui ignorantiã possidẽt. Absoluamus (quæso) quod superest deliramentorum Culinæ, de Miraculis.

Serpens.

Audi quauis impudente meretrice, procaciorem noctuam.

Culina, Hydr. struth.

Nostra autem (inquiunt) miracula, neque idolorum nomine, neque magicis artibus, neque pseudo prophetarum operibus, sed à sanctissimis uiris fiunt, quasi uero nos la-
2. Cor. 11. *teat ars Satanæ & astutia, qua se in Angelum lucis transformat: Aegyptii Hieremiam, tum in suis partibus sepultũ tanquam deum coluerunt, uictimas illi immolantes, eósque honores, quos suis diis dicare solebant attribuentes: Nónne idololatriæ inseruiendo, Sancto propheta abutebantur? Verumtamen, eius tumuli cultu, id consequebãtur, ut serpentibus icti, reualescerent. Quid porro dicemus, nisi hanc & semper fuisse, perpetuóque æquissimam dei ultionem fore,*

fore, ut efficacem eludendi uim his immitteret, qui charitatem ueritatis non susceperunt, ut eos, ad fidē nugis adhibendam incitet? Quare nobis, non desunt miracula, etiam certissima, nec unquam ludibrio habenda: Ea uero quæ nostri aduersarii sibi arrogant, dolosæ fraudes satanæ sunt: siquidem populum à uero dei honore, ad nugas traducunt. 2.Thes.2

Columba.

O deum immortalem, quis non obstupescat, tam impudentem audiens vnius Culinæ, tum superbiam, tum inscitiam, támque atroces calumnias, blasphemiásque, cū in sanctos, tum in deum ipsum, cuius tamē honori, instantissime sese patrocinari, tam inuerecunde ementitur? Res (certè) prodigiosa, & ante hoc nostrum sęculum inuisa non solū, sed etiam inaudita, huius Noctuæ procacitas: Audiui veteres, septem orbis miracula (id est vniuerso orbi mirabilia) posuisse: Nihil (sanè) horum, Culinę insensibilitate, mihi videtur mirabilius: Dic (veteratrix callidissima) vbi cæcos verè illuminauit, aliquando Satanas, vbi rectū verè claudis gressum restituit, verè leprosos mūdauit, aut certè mortuos verè suscitauit? Hæc fecisse nostros perspicuum est, non virtute Satanæ, vt impia affirmare audes, eodem (nimirum) cum illis spiritu acta, qui in Beelzebub dęmoniorum principe, dominum eiicere dęmonia ementiebantur: Quippe superant isthæc, Satanę virtutem, Quam spiritui gratiæ cōtumeliā irrogas, non animaduertis? Quis, vel proteruus, eam blasphemiam in deum, spiritúmque eius reslue-re, inficiari poterit? Proinde neque in hoc sæculo, neque in futuro remittandam: Si quæ nostri Luc.11

ſigna omnipotenti dei virtute potuerunt, poteſt quoque Satanas efficere, quid prohibuit Phariſæos, reliquóſque noſtræ fidei aduerſarios, & Chriſtum & eius virtutes calumniari? Si conſimilibus, miraculis coaluit idololatria, & enutrita eſt, qui fieri potuit vt propter ſigna conſimilia gentiles, ſuorum deorum relicta ſuperſtitione, Chriſto adhæſerint, crucem Chriſti ſtulticiā
1.Cor.1. rati? Quid vetabat illos tecum affirmare, talium, Satanam authorem eſſe? Oportuit itaque eos, talia vidiſſe ſigna, quę nec illorum Magi, nec pſeudo prophetæ, nec Satanas ædere potuiſſet, aliàs
Exo.7. cum obſtinatiſsimo Pharaone, ſuorum præſtigias obiectaſſent. Quum itaque veriſsima & incalumniabilia, ædiderint miracula (diuina virtute) noſtri, fruſtra magorum, idolatrarum, hęreticorúmque præſtigias, illis opponis. Quis hæreticus vnquam (quum hoc miraculorum ariete quateretur) has tuas latebras, non quęſiuit? Quis illorum, Chriſti & Apoſtolorum miracula, ſibi non deeſſe, non eſt gloriatus? Nullus equidem abſque ſcripturis, propriam impietatem ſtabilire conatus eſt. Quum ergo producant ſcripturas hæretici omnes, ad propriæ hæreſis confirmationem (quantumuis etiam in deum probroſæ) quid eoſdem prohibebit tecum contēdere, eam certiſsimis & nulli obnoxiis ſubſannationibus miraculis (videlicet Chriſti, Apoſtolorumque) confirmatam eſſe? Quod ſi eo impudētiæ nullus adhuc (præter te) prolapſus eſt hęreticus, omnibus tamē futuris, etiam tibi aduerſantibus (quales ſunt libertini à te dicti, aduerſum quos ſcri-
pſiſti

pſiſti ſcio)ſuffugium paraſti delira: Quippe illi 7.
à te edocti dicturi ſunt,habere miracula ſeſe cer
tiſsima,indubitáq;,propriorũ deliramẽtorum te-
ſtimonia. *Serpens.*

Superbiæ aura vehemente intumeſcens Culi-
na,verboſis & tumidis illis, quorum ſeſe virtu-
tem cogniturum,non ſermonem ſcribebat Apo
ſtolus(dicens,Veniã ad vos citò,ſi dominus vo- *1. Cor.4.*
luerit,& cognoſcam,non ſermonem illorum qui
inflati ſunt,ſed virtutem, Non enim in ſermone
eſt regnum dei,ſed in virtute) perſimilis eſt.Si-
quidem garritu refertiſsima,proinde virtute e- *Prou. 14*
gena auerſatur,fidelium quorumuis virtutes lau
dabiles & miracula,ſuam illorum virtuti loqua-
citatem non modo anteponens(quũ tamen præ-
ferat Apoſtolus virtutem ſermoni)verum & mi
racula eorum(opera manifeſte diuina, veræque
virtutis indubitata teſtimonia)Satanę illuſioni-
bus annumerat,cęca & diuina feriẽte vltiõe leta
liter dementata:Quapropter haud mirum, ſi di-
ui Hieronymi verba infideliter referat:Nuſquã
enim Aegytios ſacrificauiſſe Hieremiæ,aut pro
deo illũ coluiſſe,aut exhibuiſſe illi omnẽ quem
diis ſuis ſoliti erãt honorem perſoluere, ſcripſit
Hieronymus:ſed magna religiõe,ab Aegyptiis
veneratũ, quod Sancti vatis poſtulatione, defu-
gatis ſerpentibus, eos à tactu aſpidum fecit eſſe
ſecuros,inquit,quæ(ſanè)verba eius inſcitię mi
nime patrocinantur.Non enim propheta abute-
bantur, quanquam magna ab ipſis veneratione
dignus haberetur: nos ſiquidem diuos, magna
religione,& multa deuotione colimus (citra la-

triam,nec ꝓpterea illis ad idolatriam,abutimur: Neque fidelibus tantummodo, proprio interuentu prodeſſe ſanctos, verũ & infidelibus,brutis quoque animantibus, ex compluribus (haud contemnendis) hiſtoriis, compertum habemus: Quod autem ait Satanam transfigurari in angelum lucis,Nę,verius aut nocẽtius nuſquam,quã in ſeſe, quæ iuſtitiæ miniſtra. abſolutiſsima & nulli conparanda,quum videri cupiat.Satanæ tamen officioſiſsimè obſequitur:Prętereа non defuerunt eis (qui ex noſtris miris ſignis euaſere clari) innoxia opera, quibus Chriſti innocentis veſtigia ſequuti, comprobantur:Quapropter di lectionem veritatis eos ſuſcepiſſe oportuit,nulliſque fuiſſe tenebris obnubilatos.Qui fieri igitur poterat, vt reliquos quouiſpacto,à dei auerterent laudabili cultu,atque ad vanitatem conuerterent, quos eodem cum ſanctis illis cultu, deum(omni venerãdum ſæculo)veneratos fuiſſe conſtat?

Columba.

Nihil monſtroſius (reor) ſtoliditate Culinæ, nullúmque portẽtum, eius temeritudine admirabilius.Quid(quęſo)ſtolidius,aut arrogantius, quàm ſanctiſsimorum hominum virtutes, Satanæ meras illuſiones, populum à dei honore ad vanitatem abducentes,impudentiſsimè contendere?Det Culina,ex ſtrigibus innumeris,vnam quæ tales fructus produxerit vnquam:Certè ex fructibus arbor dignoſcitur:Neque enim colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus. Matth. 7

Serpens.

Hoc

Hoc fructu, virum dei esse Helyam, veracemq; 3.Re.17.
agnouit Sarreptana vidua, dicens ei (suscitato filio) Nunc in isto cognoui, quoniam vir dei es tu, & verbum domini in ore tuo verum est. Ex responsione ad sequentem obiectionem, perpédere poteris, admirabiliorem quouis prodigio Culinæ, temeritatem, stoliditatem (adhæc) ostento quouis, admiratione digniorem: Præcedenti obiectioni, sese fecisse satis ratus, ad sequentis dissolutionem inscitissimè (frustra proinde) in hunc modum procedit,

Culina, Hyd. struth.

Præterea summæ est iniustitiæ, quod nobis, priscos patres obiiciant. Eos dico, qui primis Ecclesiæ temporibus, monimenta reliquerunt, tanquã suæ impietati fauerint. Quorum authoritate, si nostra lis esset derimenda, magna uictoriæ pars, caussæ nostræ concederetur: sed quum permulta, præclarè & perdoctè, antiqui illi patres scripta reliquerint, iisdem quoque nonnunquam contigerit (quod aliis hominibus assolet) labi & errare. Hi pii & obsequẽtes filii, eo quo fruuntur iure, & animo, & arbitrio, & uoluntate, sola eorum errata uenerantur: Quæ uerò probè ab illis notata sunt, aut non percipiunt, aut dissimulãt, aut ea omnino ita peruertunt, ut nil sibi quærere uideantur, quam ex auro stercora colligant. 3.Re.17.

serpens.

O ceruicem, silice quouis duriorem, ò contumacem noctuam, indomabilemque. Vnum ex tuis produc (cornuta strix) qui syncerae pietatis fructus tales produxerit vnquã, quales illi, quorum fidem, impietatem appellas: Scarabeorum more, quum ex stercoribus præcedentium hære

ticorum, ingentes pilas confeceris (instabilibus intoxitandis animabus) Audes tamē impia simul & stolida, affirmare eos, qui communionis Ecclesiasticæ vnionem, à primordiis euangelij huc vsque tenuerunt, veterum scriptorū errores tantummodo, defectúsque coluisse, animóque complexos venerandos duxisse: Ea autem, quę ab eisdem scitè scripta fuere, aut certè dissimulasse, aut deprauauisse, ac si aliā nō haberent solicitudinem (inquis) quam stercora legendi ex auro: Insultas (adhæc malè olens Culina) nobis omnib', bonos, obedientésq; filios per ironiā vocās, recti (præterea) præclaríq; ingenij, iudicij quoq;, ac voluntatis, quum tamen supremi domini tui, cui obedientiam pręstare debueras (quod Christianissimum agnoscas, æquissimumq; tuæ causæ iudicem esse exoptes) recusans imperium, inter fidei hosteis, limoso freta lacu delitueris huc vsque perfuga: Vbi in errore, sceleréque multiplici cōputrescēs, incautos quoscūque, ad inobe-
Matth. 18 dientiam pientissimæ Matris (domini præcepto audiēdæ) solicitas, quin etiam tuis impellis imposturis. Errare (præterea) vt homines potuisse, prioris tēporis scriptores asseris: Porro tu, supra omnē hominem, imò omnē creaturā, perfectionē (tua opinione) nacta, errare nūquam potuisti: Et (vt assoles) tibi, ex his quæ rectè scripserunt, victoriam repromittis, Tota via erras misera.

Columba.

Priorum scriptorū opuscula videre mihi haud concessum est, Tuarū itaque partiū erit (dilectę) fanaticæ Culinæ temeritudinē, stoliditatemque, validis

dis argumentis retundere.

serpens.

Fallitur insigniter noctua: Quis nostrum, existimauit vnquam recipienda esse omnia illa quæ scriptorum priorum quilibet scripsit? Quis nescit ex eis aliquot, quędam fidei orthodoxæ cõtraria definiuisse quãdoq;, alioqui probos? Quis ignorat, fidei occultiora quædam, temporis successu elucidata? Post missionem spiritus sancti (cuius primitiis dotatus erat Petrus) Esum ille, *Acto.10.* lege prohibitorum perhorrebat, quum tamen Christi sanguine, mundata essent omnia, proinde nec communia dicenda erant. Et de tempore mortuorum & mortiferorum legalium, durè altercati sunt duo clarissima totius ecclesiæ lumi naria, Heronimus & Augustinus. Itaque ab Apo stolis (quos inuita noctua, & patres habemus, ve neramurque, & eorũ scripta omnia recipimus) Nullus quantumlibet eruditus, pro fidei regula habendus est: Quippe à recto veróque, quilibet deflectere potuit: Sola ecclesia (cuius vices gerunt sacrosancta œcumenica consilia) deuia non est: Non igitur Patrum veterum fidem dicimus, quidquid is aut ille duxit credendum, aut faciẽdum, aut sperãdum (quemadmodum somniauit, sui nimium oblita Culina) Sed quod omnium, aut eorum maioris partis consensu ab Ecclesia (cui Christus cum spiritu suo semper adest) cõfirmatum est: Euangelium (quippe) Iesu Christi viuum, ab Apostolis ministratum & scriptũ, non *2.cor.3.* atramento, sed spiritu dei viui, non in tabulis lapidæis, sed in tabulis cordis carnalibus, esse Ec-

clesiá ipsam, nullus fidelium addubitat: Si enim de Corinthiorum Ecclesia, Apostolum dicere licuit: Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus, manifestati quòd Epistola Christi estis, ministrata à nobis, & scripta, non atramento, sed, spiritu dei viui &c. Multomagis, vniuersalis Ecclesia, Epistola, aut si maius Euangelium Christi Iesu est, viuax certè, omniq́ue scripto Euangelio præstabilius: Nunquid in cordibus Apostolorum scriptum spiritu dei Euangelium, Externo quouis, scriptóque Euangelio (quod interni imago est) præstabat? Quamobrem errare non potest, tametsi pro temporis exigentia quædam obseruanda decernat, alio autem tempore aboleat: Porro in his quę fidei sunt, iugiter vna est. Ea est patrum nostrorum, vna fides, quã colimus & veneramur. Hi sunt patrum nostrorũ termini, quos præterire illicitum est, non quod veterũ scriptorũ quilibet scripsit, aut quicquid illorum quilibet opinatus est: Nunc doceant noctuæ, eam patrum nostrorum fidem suæ impietati aliquãdo fauisse, quã cũ nugarum illarũdem, tum blasphemarum', profus nesciam non ignoramus: Et quum ex supranarratoerrore scateant, sequentes Culinę argutiæ (quas tamen indossolubiles decernit) ocyssimè perfringuntur: Quippe nullum potest super falso fundamento verum stabiliri ædificium.

Columba.

Quid si Ecclesia vniuersalis (Euangelium internum, viuumq́ue, ac potius) aduersus, abomnibus re-

bus receptiſsimum Euangelium ſcriptum, pronunciaret? Nunquid Eccleſię, contra Euangeliũ ſcriptum credendum eſſet?

Serpens.

Quid (quæſo) ſi Aſinus volaret? Vt impoſsibile eſt, impoſsibilia fieri, Ita fiet nunquã, quòd ſciſcitaris, vt neque aliquãdo factũ eſt, quandoquidem veritatis vnitatíſq; ſpiritu agi Eccleſiã (non ſpiritu erroris & cõtradictionis) fide firmiſsima teneamus. Poteſt tamen Eccleſia, orto ex ſcripto Euangelio dubio, de vero ſenſu iudicare, quéadmodum & potuit Euangelia adulterina, Thomę Bartholomęo, aliíſque inſcripta, à veris ſecernere, & reſpuere illa, vera autem approbare.

Columba.

Iam plurimum à te erudita, ſequentibus argutiis (opinor) facilè reſpõdebo: Pergamus itaque.

Serpens.

Quo nũc gradiaẽ ſupradicto errore duce, Audi.

Culina. Hy. struth.

Nos proinde magnis clamoribus inſectantur, tanquam Patres oderimus & faſtidiamus: sed tantum abeſt, ut cõtẽnamus, ut ſi id in cauſſã caderet, mihi peruiũ eſſet, maiorem partem eorum, quæ hoc tempore dicimus, eorundem teſtimonio comprobare: sed eo iudicio, è fontibus illorum haurimus, ut dictum Apoſtoli, diem, noctemque in conſpectu uerſetur. Omnia noſtra eſſe in obſequium, non in imperiũ. Et nos ſolius Christi eſſe, Cui ſoli, prorſus eſt obſequendum: Qui hunc ordinem contemnunt, iis nil poteſt in fide eſſe certi, quin eos de quibus agitur multa fugerint, & ſæpe numero inter ſe diſſentiant, immo nec raro ſibi repugnent: Salomon (aiunt) non iniuria uetat, limites à pa-

1. Cor. 3.

Prou. 22.

tribus constitutos transilire: sed eadem norma, in regendis agrorum finibus, qua in fide seruanda, non est utendum:
Psal. 45. *Quæ sic statuta esse debet, ut & familiam, & paternas ædes obliuiscatur. Quin insuper (quoniam tantopere allegoriis gaudent) Apostolos Patres appellant, quorum limites non liceat explantare? Nam sic enucleauit diuus Hieronymus, cuius uerbis in suis canonibus utuntur: At si tam arcte fines patrum, de quibus loquuntur, retinendos contendunt, Quare plerunque, ut sibi uidetur ab illis discedunt?*

serpens.

His præfatis, ad particularia patrum dicta mox sese confert.

Columba.

Nunc planè liquet, cæcam, linguacemque Culinam, inutiliter vagari, quum tamen rectam viã procurere, existimet sese. Molestè audit noctuis à nostris exprobrari, venerandorum eorũ (quos post Apostolos patres merito dicimus) contemptum, quum tamen hostes illos, aduersariósque vociferata, haud infrequenter, & coniectis in eos quicquid conuiciorum, in sceleratissimam impiorum omnium Synagogam dici posset, crebro detestata sit: quod tamen impudens inficiatur; Eos (præterea) propriæ impietatis habere sese patronos, gloriatur: Dic quando tibi, generalis patrum Synodus, vel in minimo patrocinata est? Quod si scriptorũ particularis aliquis fauisse tibi visus est (quod absit) Iam dictum est, ex vetustis scriptoribus aliquot, orthodoxæ fidei contraria dictitasse, nec nos recipere, quæcunque illorum quilibet censuit. Priorum aurem patrum nostrorum,

noſtrorum, ſcilicet apoſtolorum limites, prętergredimur nunquam. Omnes nempe eorum receptas ſcripturas, recipimus (quibuſdam tamen noctuarũ temeritudine reprobatis). Porro, ſi ex Apoſtolicis ſcriptis, contentiones ſuboriantur, quur decretum generalis patrum Synodi reiicie mus? quis quęſo contentionibus iſtiuſmodi, finẽ imponet? Apoſtoli dictum ſubinde producis, tibi (tua opinione) fauorabile, quod (fateor ingenuè) minime compræhendo. Explica itaque (dilecte) atque excute intelligentiam.

serpens.

Aduerſus eos, qui in pſeudo magiſtris, aut certè inaniter in orthodoxis gloriabantur, ſuccenſet Apoſtolus, affirmans Eccleſiæ primores, vtilitatis ſubditorum gratia, donis ſpiritualibus donatos, quum (indubiè) ſint omnia ad electorũ vtilitatem à deo ordinata: Omnia veſtra ſunt (ĩquit) ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura. Omnia vera ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem dei. Ex quibus Apoſtoli verbis, nõ minus ſtultè, quàm impudẽter, iudicare præſumit garrula Culina, de prioris tẽporis ſcriptoribus vniuerſis (de quibus, non loquimur ſed de Patrum generali conſilio, etiam ſi eorum nullus ſcripſerit) ſibiq́ue inſolenti ſtultitia, vanam cõparat authoritatem, examinandi vniuerſorũ ſcripta, atque ꝓ libito approbãdi, quæ ſuæ impietati fauere & noſtræ doctrinę aduerſari proſpiciet, reiiciendi quoque, quæ ſuam impietatem auerſabuntur: Et quaſi omnimodam ſinéque menſu- 1.Cor.3.

ra,& præ cæteris omnibus nacta ſpiritus libertatem,à nemine iudicanda iudicat omnes, déque
1.Cor.2. omnibus pronunciat,nemine docto homine nõ ſpreto, quin & generalibus deſpectis conſiliis, ac ſi ſola ſpiritualis, ſola nihil ignoret, ſoláque errare nequeat, quum tamen peſsimo expalleſcẽs liuore,pernicioſæ cõtẽtionis amatrix(proinde carnalis Apoſtolo teſte) oculatis quibuſuis,
1.Cor.3. manifeſtiſsimè appareat.Vni(prætereaChriſto, & ſoli obedituram ſeſe gloriatur) quod omnia ſunt(inquit)vt nobis ſeruiant,non vt dominentur,At ita obeditura eſt,vt nec poteſtatibus,nec præpoſitis,nec Eccleſiæ,aut ſãctis,& catholicis patrũ cõſiliis,Nec Cephæ,nec Paulo, nec Apollo,deniq; nec tãdẽ ipſi Chriſto obeditura ſit:Nẽpe qui iſtiuſmodi dignitatib⁹ nõ paret,nec Chriſto obedit,nec Chriſtum amat,ſiquidem amantiſsimi parentis paret,dictis,amor,charæque genitricis.Cernè præcipitem Culinam(teterrimo ac vehemente arrogantiæ nimbo impellente)in profundum deiici inconſidcrationis hiatum.

columba.

Incogitabilis qui non cogitat quum quid rerũ gerit.

Cæca (certè) & incogitabilis Culina, fruſtra nos(reor)productis ex certis ſcriptoribus argumentis, remorabitur:Quippe iam vnico verbo, abſoluta ſunt.

serpens.

Ea audiuiſſe (tametſi impertinentia) te non pœnitebit: ſiquidem omnia noſtra ſunt.

Columba.

Accelerandum itaque cenſeo.

Serpens.

Fari

gari incipit in hunc modum.

Culina, Hyd. Struth.

Hi patrū numero aſcribentur, quorum unus, deum, neque bibere, neque edere affirmauit, Nec idcirco crateribus, nec diſcis indigere: Alter Chriſtianorum ſacramentis, neque aurum, neque argentum eſſe adhibendum, Nec auro Chriſtianorum ſacramenta, deo eſſe gratiora: E limitibus patrum igitur exeunt, quum ſuis in cæremoniis, aurea, argentea, marmorea, & eburnea ſuppellectilia admirantur, neque ſine earum rerum copia, & redundanti luxu, deum uerè adorari ducunt: Hic pater fuit, qui ſe liberè (quod Chriſtianus eſſet) eſu carnium quadrageſimæ diebus, uti prædicabat, à quibus cæteri, tum abſtinebant: Patrum itaque finibus non ſe continent, qui eos anathematizant, aut qui uel carnis aliquantulum, quadrageſima deguſtauerint.

Acatius. 11. l. tripert. c. 16

Spiridon 1. libro tripert. c. 10.

Serpens.

Iam noſti qui ſunt limites, quos poſuerunt patres noſtri, proinde impertinenter opponit Culina patrum quorundam, dicta, factáque: Quæ ad rem propoſitam quanquam minime pertineant, aut producta, aut producenda, tamen quam perperam, duorum gratię apoſtolicæ radiis illuſtriū virorum, Acatij, & Spiridonis epiſcoporum, teſtimonium referat oſtendo, vt hinc agnoſcas eā, non minus vafre, tortuoſéque producturam ex patribus quæ ſequuntur: Narrat hiſtoria Acatium, Amidæ ciuitatis (Romanæ tunc ditionis opinor) epiſcopum, propriæ Eccleſiæ aurea & argentea vaſa conflauiſſe, & ex eis captiuos Perſarum, circiter millia ſeptem, redemptos, cibíſq; recreatos, ad proprium regem (datis etiam viæ ſumptibus) remiſiſſe: Eum autem hoc pietatis

opus fecisse exprimens, quod eos nullo quouis pretio, Persarum regi reddere vellent Romani victores, at potius fame obruendos consumi: Quod vidẽs pius Antistes, misericordia motus, dato Romanis militibus pretio, eos (haud magno labore, quũm Romanę ditionis esset, populíque Romani, legibus viueret) redemit: Et ne prȩclarum facinus istiusmodi, ægrè ferrent, sancti præsulis clerici, cõuocatos illos, in propriam opinionẽ hac suadela, tãquam vi quadam perduxit, inquiẽs: Viri fratres, Deus noster, nec discis, nec calicibus opus habet. Nam neque comedit, neque bibit: Et quia multa vasa aurea & argẽtea Ecclesia nostra ex oblatione Christianorum habet, conuenit ex his liberari exercitum captiuorum, egentibúsque cibos offerri: An astipuletur hoc pietatis dictum, factúmque, Culinæ impietati examina.

Columba.

Nihil minus, quinimo detestatur eam: Nam vasa aurea & argentea, ecclesiis, fideliũ (eo sȩculo) oblata deuotione, testatur narratio: Porrò ea, è sacris ædibus in popinas detrudenda Culina cõtendit. Ea cõtempsisse sanctum Antistitem non meminit historia, Sed tantummodo, in tãtæ necessitatis articulo, misericordiam sacrificio prȩferendam duxisse: Quique præuidens Clericos vix laturos, propriam Ecclesiam tot vasis (diuino mãcipatis cultui) ad extraneorum absolutionem spoliari, eo suasorio vsus est, sacra vasa auersatus minime.

Serpens.

Scite,

Scite: Et nos, haud defendimus deum indigum rei cuiuscunque, quem sibiipsi sufficiẽtissimum non ignoramus, Angelos tamen, mundumque vniuersum frustra cõdidisse pernegamus: Quẽadmodum igitur, nostræ vtilitatis gratia, non sui commodi caussa, solẽ, lunámque, fabricatus est, & vniuersa, ita & nos, Deo optimo, templa, & extruimus & dicamus, in quibus statutis horis, debitas illi gratiarum actiones pro viribus referimus, aliáque quæ ad salutem facere iubemur, quo possumus vasorum, vestiumque nitore perficimus, quibus quum non indigeat, haud tamẽ execratur nostra, nostræq; vtilitatis caussa oblata munuscula, qui duo æra minuta spõte offerentem viduam, commendauit. *Luc.21.* Et Dauidis sacrificium, fusi in terram desideratæ aquæ cyathi, nõ est execratus. *1. para.11* Abelis quoque, ac cæterorum libanima; Nec plus, aut minus valere apud deum sacramenta, sacrificia, aut preces, auro, aut argento, vel purpura credimus (vt falso nobis imponit Culina) sed maiorem, vel minorem cordis munditiam: Nihil (certè) ab homine magis desyderat, sancta & singularis illa maiestas, quàm innocentiam: Cum aurei erãt sacerdotes, ligneis vtebantur vasis, non minus grata sacrificia deo offerentes: Exhibita autem, aspernari deum, sibi deuotorum munera, crediderim nunquam.

Columba.

Nusquam non cæcutit Culina.

serpens.

Nec minus ventri Culinæ officit, de Sancto Spiridone narratio: Hæc quam propensus fuerit

ad peregrinorum susceptionem, in primis patefacit: Historia talis est, Istáte iam quadragesima, quidem ex itinere venit ad eum, quibus diebus consueuerat cum suis continuare ieiunia, & die certo comedere, medios dies sine cibo consistens: Videns itaque peregrinum valde defectū, perge (inquit) filia laua peregrini pedes, & cibos appone: Quúmque virgo dixisset, nec panē esse, nec Alphita (quarum rerum nonnihil solebant habere reconditum propter ieiunium) orās primum, veniámque petens, Filiæ iussit, vt procinas carnes (quas domi salitas habebat) coqueret, quibus coctis, sedens cum peregrino, positis carnibus, comedebat: Et rogabat vt vna cum eo ederet peregrinus, quo refutáte, Christianumq; se profitente, propterea magis (inquit) refutare non debes: Omnia enim munda mundis, sicut sermo diuinus edocuit: hæc de Spiridone: Quid iá responsura es, Culinæ dolis? Occultat, quæ suam obiectionem planè eneruant, ea tantummodo proferens, quæ instabiles & ligurientes animas pelliciant: Sed hic mos est noctuarum omnium pestilentissimus.

ἄλφιτον, farina polenta pro uictu.

Rom. 14 & Tit. 1

Columba.

Si nō animaduertit Culina, prælectá de Spiridone narrationem, noctuis aduersari, cęcutit prorsus: Quippe arctissima quadragesimæ cōmēdat ieiunia: Carnium (insuper) quadragesimæ tempore, abstinentiam. Antistitem (adhæc) erga susceptionem peregrinorum propensiorem: Qui cum videret peregrinum valde defectum, & pane, aliísque quadragesimalibus cibis omnino carerent.

2. Pet. 2.

rerent, diuino tunc iure & humano carnibus ve ſci imperantibus, prius ipſe comedit, quo deficientem peregrinum, vix ſuadendum (vt eſt formidoloſa ſimplicitas) ad edendum inuitaret: ſatius eſſe, ratus carnes tunc edere (quarũ eſu forſitan ipſe aliquot iam dieb⁹ cibo abſtinens, nec alios cibos habens indigebat) quam earum abſtinentia, peregrino deficienti, mortis occaſionem præpararè. Veritus tamen epiſcopus (cuius intẽtio pia erat) ne fortaſſe crimen incurreret, orauit prius, veniámque petiit. Argumentum (dubio procul) abſtinentiam à carnibus, tẽpore ab Eccleſia prohibito non contẽnentis: Non ſum poſt hac, Culinæ allegationibus fidem habitura: Et vtinam prænarratas, exactè intuerentur, qui Culinæ dolis irretiti, ad mortem feſtinant. Sequamur.

serpens.

Cœnobitis infenſa, ſui garritus cathenæ, ſequentia alligat.

Culina. hyd. struth.

Hi quoque patrum nomine non ſunt indigni, quorum aliquis retulit monachos, Manibus nihil operantes, tanquã latrones eſſe habendos, hic quoque qui aliena uiuere quadra, infandum eſſe notauit, quanuis aſsidue, in contemplationibus, obſecrationibus, & ſtudiis uerſentur: Eadem igitur uia, limites patrum prætergreſsi ſunt, quũ in lupanaribus (hac enim ſunt eorum cœnobia) pigros monachorum uentres conſtituerunt, ut alienis facultatibus expleantur. Tripart. hiſ. lib. 8. c. 1. Auguſtinus de operibus monachorum.

Columba.

O putulentam, & fœdi odoris Culinam. O certè impudẽtiam, pluſquam meretriciam: Dic ob- *Dis infe-*

lz

rorũ deus putatus est quod diues mi nime sit. scœna, deploratáque crudelissimi ditis popina) Quot alumnos, vitæ sanctimonia gloriosos, ab omníque turpium libidinũ iniuria liberos, moribus optimis, ratione, ac sanis cõsiliis florentes. Aliquot (præterea) non paucos, vaticinandi munere, & rerum diuinarum peritia inclytos, eduxerunt, educãtque cœnobia, quæ ore impudentissimo, tristi (piis auribus) rancidáque voce, ganeas meretricum & gulosorum diuersoria appellas? Tu innumerorum incestuum adulteriorum, omniumque impudicitiarum, delubrum quum sis (quod perinde ac fornicis fuligo, venerẽ non minus quàm gulam redolet) numen aliquod te esse putas: cœlibémque tibi vitam arrogas, quod infelicissimæ mulierculæ (coniugij prætextu) pellectæ, consuetudine frueris: Et quod continentiam semper oderis, nimio libidinis pruritu iugiter ardens, illos (furibũda) scortatores appellas, qui vxoribus carent, eos perperam ex propriis iudicans tales esse, qualem te esse non ignoras. Innumeros vtriusque sexus homines, iam sacris addictos (sacri coniugij prætextu) meretricari docuisti Eumedinũ germana hoc pacto, tuę velamen prætendens scortationi: O certè Leænam omnium turpissimam.

Rancida pro insuaui.

Eumenides, infernales furiæ.

Serpens.

Adde & Ethnicis ipsis impudentiorem, irreligiosiorémque. Quippe ex ipsis vnus, in quouis studio permultos esse nullius pretij homines affirmabat, Perpaucos quoque bonos, eósq; maximo ĩ precio habẽdõs: Porro Culina, cœnobitarũ neminẽ, nõ reprobat, auersatur oẽs, cõmẽdat nullum

Plato.

lum, ſtolidũ (planè) Culinę ingeniũ: Ex profugis monachis, apoſtatíſque didiſcit (quæ communẽ nunquam egit vitam) luparum popinas, eſſe cœnobia vniuerſa. Non animaduertit inconſulta, eos rectæ diſciplinæ rigorem fugientes, ſuæ apoſtaſiæ velamen hoc prætendere, ſpurcitiæque: At ſibi ſimilibus, aureis libenter accommodat.

Columba.

Habet ſimile patella operculum: Quemadmodum profuga, & ob hæreticam prauitatẽ, è Chriſtianiſsimo Franciæ regno proſcripta Culina, toto malignitatis ſpiritu, in principẽ, magiſtratus, clerum, ac regnicolas Chriſtianiſsimos debacchatur, coniiciens in eos probra, quæ in turcas iactare vereretur, & Apoſtatæ vtriuſque ſexus monachi, optimę diſciplinę oſores, cæteros, innumeris maledictis laceſſere non ceſſant: Vbi ſancta illa amicitia, qua diligendos (toto pectore) inimicos oretenus prædicas?

Serpens.

Eſt (fortaſſe) Culina, Michaele Archangelo melior: Hic nempe (cœleſtis militiæ princeps, draconíſque, è ſupernis ſedibus deturbator) cum diabolo, aliquando altercabatur, de Moſi diſputans corpore, non eſt tamen auſus, iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit imperet tibi deus: Et Culina neminem quantumuis frugi, maledictis inceſſere non audet: At de operibus monachorũ pauca attingamus, ne noſtros, eo telo ſeſe confodiſſe glorietur Culina: Fuere olim plerique, reuerendorum Monachorum greges ſanctiſsimi, de manuum laboribus victitantes. Quorũ vnus,

Ironia.

Iudæ uni co.

quum quosdam cerneret animum remittere, & mollicię indulgere, contemplationis, orationis, aut studij sanctarum literarum prætextu, aut cer tè quòd arbitrarētur honestam manuum operationem illicitam, eo terrore illos compescuit fu gata inertia. Monachus (inquiens) nisi operatus fuerit, violento iudicatur ęqualis: De consimilibus loquitur Augustinus: Sāctum vero ocium, ventris, corporísque officiis (quę solicitæ meditatur, assiduéque exercet Culina) præferendum esse, Christi instituti doctrina, firmiter credim⁹:
Lucæ.10 Nobis quoque astipulatur dictum Apostoli ad
1.Tim.4 discipulum: Corporalis exercitatio, ad modicū vtilis est, pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futurę. Diuus item Hieronymus, plurimorum illustriū monachorum pater strenuissimus, obtrectatorū criminationes, probráque floccipēdens, aiebat: Si fiscellam iunco texerem, aut palmarum folia manibus complicarem, vt in sudore vultus mei comederem panē, & ventris opus solicita mente pertractarem, nullus morderet. Nemo reprehenderet: Nunc autem, quia iuxta sententiā Saluatoris, volo operari cibum, qui non perit, &c. Vetus (præterea) & omni semper obseruata tempore consuetudo, veteris, nouíque testamēti scripturæ, vniuersales (ad hæc) catholicæ ecclesiæ conuentus, vnanimi conscensu, cœnobitarum, eorumque qui sanctum sectantur ocium, institutum, & commendantes & approbantes, nostræ sententiæ fidem faciunt.

Columba.

Immo,

Immo, qui toti, dant operã his rebus, quæ proximè pertinent ad æternam salutem, tametsi videantur à corporalibus officiis feriati, plus tamẽ agunt, quia rem præcipuè necessariam agunt.

serpens.

Perinde ac oculus ociosus, plus agit in corpore, quàm man⁹ variis ministeriis assiduè seruiẽs: Sequentem obiectionem audiamus.

culina. Hyd. struthio

Hic pater fuit, qui horrendum esse spectaculum edocuit Christi uel alicuius sancti, in Christianorum fanis, simulachrum collocatum: Neque uero hoc unius uoce prolatũ, sed antiqua quadam synodo decretũ fuit, nihil pingendũ, aut sculpendum quod adoretur. Tantum uero ab his limitibus absunt, ut ne suis in templis angulum quidem, simulachris uacuum prætermittant. Epiphanius.

Columba.

Obscurare simpliciũ libros, & obliterare prorsus, moliuntur lusciosæ Striges: Quid (quæso) mali habet picturis, Christi & sanctorum gesta (exẽpla procul dubio efficacissima, salubriáque pręcepta) illeteratis, quib⁹ erudiãtur & salutariũ rerum admoneantur proponere? Quum Christi cruci affixi intueor imaginem, immensæ multitudinis diuitiarum diuinæ misericordiæ recordor imprimis, vna dei & Christi eius nimiæ erga nos dilectionis, salutiferæ quoque passionis, pẽsionis debitorum nostrorum abundantissimæ Redamare (præterea) compellor, tot vrgentibus amoris insigniis: Et post dilectũ sponsũ currere, in odore vnguentorum eius, me prouocant, trahuntq; illius benignitas & humanitas, & ad de-

bitas gratiarum actiones illectant: Nec aliter ad ſalubria quæque, illiciunt fidelium animos, Virginis deiparæ, aliorum item diuorum inſpectæ imagines. Quid igitur periculi habet, tam ſalubria vbique locorũ, habere monimẽta? Qui fieri poteſt igitur, vt ea ſancti patres, tanquam abominabilia execrarentur? Perfidæ Culinæ verbis, haud ſatis fido.

serpens.

In ipſis Euãgelij primordiis, interdictum fuiſſe, ſimilitudines eiuſmodi in quibuſdã locis publicè erigere non neſcimus (temporali, non perpetuo decreto) tum propter gentilium & iudęorum infideles, tum propter nouellas in fide plan-
Acto.15. tationes: Quemadmodum, ad tempus interdixerunt Apoſtoli, ſanguinis & ſuffocatorum eſum, qui nunc licitus eſt: Et pro temporum varietate (vt ſupra dictum eſt) quædam obſeruare iuſsit eccleſia, quę alio tẽpore (ceſſante decreti cauſſa) aboleuit; Nec minus abrogatum eſt, de diuorum imaginibus tollendis edictum, qualecunque fuerit, ſaltem per contrariã, laudabilemq́ue conſuetudinem, ſi expreſſa decreti abolitio ſcripto non reperitur, vt nec de aliisſublatis permultis. Nũc (ſanè) nõ minus licitum exiſtimo, effigiare eum quem adoramus, quam literis eum pingere Ca-
Daniel.7 num, ſedẽtẽ, candida indutum veſte, capillóſque lanæ mundæ perſimiles habentem &c. ſemoto præſertim, idololatriæ & Anthropomorphitarum, & alio quouis hæreſeos periculo: Neſciuit ergo Culina tempora diſtinguere, quamobrem nec ſcripturas nouit, aut patrum acta, dictaque concor-

cóncordare.

Columba.

Miror Culinam omisisse Apostolicum, de san guine & suffocato decretum: Quippe opponere poterat, nos eidem aduersari, quandoquidē sanguinis, aut suffocati esum non abominamur, sed licitum credimus, ac proinde nos transigere insigniorum patrum nostrorum terminos: Si ventri nō laxaret habenas Culina (explodens cuiussuis cibi, qualemcunque abstinentiam) non omisisset: Sed quæ ratio, prioris illius interdicti esse potuit? *Act.15.*

Serpens.

Ne (imprimis) insultarent fidelibus, Iudæi, gētilesque, inter quos diuersabantur, si viderent ea à Christianis venerari, quæ Christiani eis exprobrabant: Moxque in Christianos retorquerent Egregij vatis Carmina, quæ in odium idolorum cantitare consueuerant, videlicet Simulachra Christianorum argentum & aurum, opera manuum hominū: Os habēt & non loquenter, oculos habēt & non videbunt, Aureis habent & nō audient, Nares habent & non odorabunt: Manus habent & nō palpabunt, pedes habent & non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Adhæc Iudæi fideles, non minus abhorrerent, cæterorum Christianorum ex gentibus cō uersorū cōsuetudinē, si eos viderent simulachra venerari (tametsi res repræsentatas colant, Christiani verius nō simulachra honoris incapacia) quam eorum qui aut idolothytis, aut suffocato, aut sanguine vescebantur: Quippe simulachra *Psal.113.*

pertinaci odio insectabantur Iudæi: Ac sic coaluisset nunquam (tam vario prohibente more viuendi) ex Gentibus, Iudæísq; Ecclesia. Præterea periculum erat, ne in veterem lapsi idololatriam Neophiti (ex mutis simulachris, ad deum viuum conuersi) à fide exciderēt prorsus: Proinde optime, consultéque conuenerunt prioris illius Ecclesiæ præfecti, de tollēdis ad tēpus imaginibus diuorum, quo sine offensione essent, Iudęis, Gētibus quoque & Ecclesiæ dei, quemadmodum,
1. Cor. 10 & de tollendo inter Christianos, idolothytorum sanguinis & suffocatorum esu per Apostolos, vt qui de gentilium ritu Christianisimum erant complexi, Iudæis iam conuersis, sine offensione fierent: Nunc autem quum scādalo infirmorum locus nō sit, sanguine & suffocato vt liberè vescimur: Ita & diuorum imagines (simpliciū libros, honestæque conuersationis monimenta) effingimus: Porro sanctus Epiphanius (cuius dictum producit Culina) eo tempore fuit, quo propter supradicta, minus tutum erat diuorum imagines publicè erigere.

Columba.

Quæ de impertinentibus, Culinæ obiectionibus desseruisti, audiuisse non pœnitet: Nec min⁹ (spero) nostræ vtilitati conferet, sequentium narratio: proinde audiamus.

Culina. hyd. struthio.

Amb. lib. de Abraham. *Item ex patribus quidam præmonuit, exhibita statim à funeribus in defunctos pietate, eos in pace esse dimittēdos: Patrum itaque lineas prætereunt, quum mortuos, æterna memoria tenendos esse præcipiunt.*

serpens

serpens.

Et purgatorium negat Culina, & sibi fauere diuum Ambrosium putat. Ad quemadmodum impertinenter, torueq́ue, supramemoratorũ scriptorũ testimonia adduxit, ita & diui Ambrosij, quem non ignoramus, quorundam erga defunctos, errores, superstitionésque reprehendisse: vetuisse autem ipsum, ne preces pro defunctis fierent, cæteráque consuetæ pietatis officia, pernegamus: Nunc audi sequentes duas insigniter impias, & in sacrosanctam Eucharistiam contumeliosas. *Amb. de excessu fratris. c. 16. et. 17.*

Culina. hyd. struthio.

Hic quoque pater habendus est, qui panis & uini substantiã in Cœnæ sacramẽto permanere asserit, quemadmodum humana natura in christo cum eius diuina essentia coniũgitur: Hos cancellos egrediuntur, quum statim à uerbis sacramenti relatis, panis & uini substantiam omnino consumi persuadent: Hic Pater erat, qui in Cœnæ sacramento, corpus Christi contineri negauit, sed eius corporis quoddã mysterium: sic enim ad uerbum eloquutus est: A uia itaque declinant, quum corpus christi ibi contineri affirmant: Illúdque carnali adoratione adorandum proponunt, & iubent quasi loco circunscriberetur.

serpens.

Nemo nostrum sommauit aliquando, quod mendaciter nobis improperat, substantiam, videlicet Panis & viui, redigi in nihilum, prolatis mox sacramentalibus verbis: Ad dicta autem nõ patrum, sed sacramentariorum hæreticorum, in protreptico de Eucharistia, nomine Pseudadelphi respondetur. Et quia sciebat eos, pro talibus à nostris reputandos, aut certè quod perperam

eorum ſcripta produxerit, aſtu eorum nomina, non prodit: Ad ſequentes duas obiectiones, in eodem protreptico ſatisfactum eſt: Prior tamen loquitur de conſecrante, & ſacrificante ſacerdote, nec decreti verba integrè, nec ſyncerè refert, & talis eſt.

Culina, hyd. struth.

Gelaſius, de cõſec. diſt. 2. ca. comperimus.

Hi profecto patres dicendi ſunt, quorum unus, eos à Cœnæ fructu prorſus repellendos promulgauit, qui aſſumpta una ſacramenti ſpecie, ab altera abſtinent.

serpens.

Altera (fortaſſe) de omnibus cõtendit, ad vtriuſque ſacramentalis ſpeciei vſum aſtringendis: hoc verum fuit in Eccleſia martyrũ, non vbique at certis in locis, prout in protreptico dictũ eſt. Porro obiectio Culinæ talis eſt.

Culina, hyd. struth.

Cyprian⁹

Arcte tenet & accurate defendit alter, domini ſanguinem non eſſe denegandum, pro cuius confeſſione, ſanguinem proprium profundere, non dubitat: hos igitur limites eradicarunt, cum ſæuere eadem iniunxerint, quæ eorum alter, interdicto plectebat, alter uero firmis argumentis refutabat.

Columba.

His ſatisfactum, quum ſit, ſequentẽ audiamus.

Culina, hyd. struth.

Auguſtinus lib. 11 de gratia noui teſtamenti. c. ultimo.

Hic pater cenſendus erat, qui extremæ temeritatis, aiebat eſſe quod in deliberationem caderet, niſi ſcripturarum teſtimonio comprobatum, affirmandum, uel negãdum decernere: Hos fines ſane neglexerunt, quum tot conſtitutiones, leges & magiſtratuum decreta inſtituerunt, quorum nunquam meminerit uerbum diuinum.

Columba

Columba.

Nec syncerè (suspicor) diui Augustini verba refert: Quo (quæso) verbi dei testimonio freti Apostoli, gentibus ad Christi fidem conuersis, sanguinis, & suffocatorum esum interdixerunt?

serpens.

Adde: Et quo testimonio verbi dei confisi decreuerũt, viuificę regenerationis lauacro, credẽtes in noĩe domini Iesu abluendos? Nõ abs re talia constituerũt, sacro acti numine Apostoli: Ausi tamen sunt absque expresso & euidẽti sacrę scripturæ testimonio dicentes, visum est spiritui sancto, & nobis, &c. Nihil de scripturarum, aut verbi dei testimonio immiscentes. Alioqui verbo dei fræti dicerẽt (vt nusquam non sit) Sicut scriptum est, &c. Quarum (præterea) suffragiũ scripturarum, habuit Apostolus, pene innumera ad Corinthios, Timotheum, aliósque decernens, scriptis epistolis? Potest ergo Ecclesia (cum qua omnem edocens veritatem spiritus perpetuo manet, cuiusque vice agunt generalia consilia) instituta, Canones, decreta, aliáque fideliũ vtilitati expedientia, cõstituere, absque expresso scripturarum testimonio, quum (vt dictum est) viuũ dei verbum sit, omni præstantius scripto, & qui decretis istiusmodi parere recusat, nec Ecclesiã audit, nec Christo obedit, propter quod ꝓ Ethnico & publicano habendus est.

Act. 15. *Ioan. 14.* *Matth. 18*

Columba.

Ingens (sanè) hæreticorum temeritas: Omnia reiiciunt scripturarum testimonio, haud roborata, quantúcunque Ecclesiæ vniuersalis sanxione

munita: Quid iuris, si Neophyti (ex gentibus, aut Iudæis) fideles, Apostolorum tẽpore, supradicta Apostolorum decreta, auersarentur, quod nullo essent scripturarum fulta testimonio?

serpens.

Act.15.et 16. Adde & Seniorum, quæ tamen custodire mandat Apostolus.

Columba.

Quid si quis catechumenus, tũc in nomine domini Iesu baptizari detrectasset, quod audiuisset, ac didiscisset, in nomine patris, & filij, & spiritussancti, iussisse dominum credentes baptizari? Deus bone, in quot ruunt præcipitia Striges, quæ scripturas sacras, quomodolibet interpretantur, cęterorum omnium (quantumuis doctorum) reiicientes iudicia, propriæque innixę prudentiæ: At si pro ingenij cuiuslibet ductu, tractãdæ sunt scripturæ sacræ, & repellenda Ecclesiæ, & sacrorum consiliorum iudicia, nullus vnquam hæreticus, perperam de fide sensit: Quippe nullus illorum, scripturis, frætus non est, & illorum quilibet, cęterorum omnium iudicia aspernatus est: contendens verũ scripturæ sensum esse, quẽ animo conceperat: sequamur.

Serpens.

Sæuienti gulæ fauet admodum Culina, appendicæ argumento.

Culina, hyd. struth.

Apoloni⁹ hist. Ecclesia. li. 5. c. 18. *Hic patrum numerũ auget, qui præter hæreses reliquas, Montano, id probro dedit, quod ieiuniorum leges, primus protulerit: è limitibus igitur euolarunt, quum arctissimis legibus, ieiunia obseruanda iusserunt.*

Columba

columba.

Vorax Culina, ieiunia, aut ſaltem ieiuniorum leges, ante Montanum (perſimilem Culinæ bubonem) Nullas fuiſſe contendit, quum tamen diſcerim, ab Apoſtolis, immo à Petro (apoſtolorum vertice ſummo) ſalutiferum quadrageſimę inſtitutum ieiunium,

serpens.

Falleris minime (chariſsima) At de ieiuniis aliàs: Porro, de Montani inſania, & ſuperſtitioſis ieiunandi legibus, pauca differenda ſunt, quo non ignores quam impudenter mentiatur Culina, adeò vt permirum ſit, eam tantis mendaciis affectaſſe, tanto, támque oculato principi, innoteſcere: Reprehendit Hieronymus (vir ſanctiſſimus, pariter & doctiſsimus) Montanum, eiusq; dogmatiſtes, quod propriis (ſuperſtitioſè ieiunandi, contráque Apoſtolicum inſtitutum) legibus, vterentur, cunctóſque eiſdem obſtringere molirentur, non modo, ſed & deuinctos contenderēt. Nos (aiebat Hieronymus) vnam quadrageſimam, ſecundum traditionem Apoſtolorum, toto anno, nobis congruo ieiunamus, Illi in anno tres faciunt quadrageſimas, quaſi tres paſsi ſint Saluatores: Non quod, & per totum annum, excepto Penthecoſte, ieiunare non liceat, ſed quod aliud ſit neceſsitate, aliud voluntate munus offerri: hæc ille, Suggillatum propter has, & conſimiles ieiuniorum leges, Montanū hæreſiarchā, nō neſcimus: Nō ſolùm ab Apolonio, ſed & à Hieronymo: Cuius verba aſtu (ſi tamen illorum gnara fuit) prætermiſit Culina *Ad Marcellam.*

(quòd dolum proderent) Culina. Apolonij autẽ verba produxit, quòd sibi fauere viderentur. At nostris ieiuniis, Apostoli domini nostri (vt exprimit Hieronymus) Consilia generalia, & Põtifices summi, leges posuere sacrosanctas, vel antequam horrẽda illa vipera in hãc lucem prodiret: Sequentem audi obiectionem, quæ apostatarum sacerdotum, & cœnobitarum plausu incredibili, excipitur:

culina, hid. struth.

Pafunti[9] hist. trip. li. 2. c. 14 *Hic è patribus unus fuit, qui coniugia Ecclesiæ ministris non esse uetanda defendit, sed legitime cum uxore cõgredi, pudicitiam esse explicauit. Atqui hi patres fuerunt, qui eius sententiæ subscripserunt: Illis limitum talium nulla fuit ratio, quum suos sacerdotes, à coniugiis coarcuerũt.*

serpens.

Ferale dirum exitiale. Rem ipsam propositam, vt habet historia referamus, ne nescias feralem nusquam non mentiri Culinam, quæ leonis destituta pelle, vulpina coram rege Christianissimo integitur: Synodus Nicena (inquit Socrates, tertius historiæ tripartitæ scriptor) corrigere volens hominum vitã, & in ecclesiis commorãtium, posuit leges (quas Canones appellamus) in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere legem, vt Episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi, cũ coniugibus quas ante consecrationẽ duxerant, non dormirent: Surgens autem in medio Pafuntius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens concubitum cum propria coniuge sua. Sicque consilio, ne talem ponerent legem, grauem asserens esse causam,

quæ

quæ,aut ipsis coniugalibus, occasio fornicationis existeret, exposuit. Et hæc quidam Pafuntius,licet nuptiarũ esset inexpertus:Sinodúsque laudauit sententiam eius, & nihil ex hac parte sanxiuit,sed hoc in vniuscuiusq; voluntate,non necessitate, dimisit: hucvsque Socrates: Nunc discerne,an apostatis & votifragis,Sacerdotib⁹, Cœnobitísque,variis adulteriis (nuptiarũ prætextu) primam fidem irritam facientibus, proinde dãnationẽ cõparantibus,patrocinẽtur hæc:

Columba.

Nihil minus,Quippe de assumptis est coniugio ad sacros ordines est confessoris sermo, synodicáque syncatathesis, quibus nec nunc quidem interdicenda esset cum propriis coniugibus cõsuetudo,si qui (exigente Ecclesiæ necessitate) è toro cõiugali,sacris initiarentur:Ast, satis iudicant prænarrata quantum nefas, quamque immane sacrilegium, Sacrosancta Synodus iudicasset admittendũ,si Pafuntius presbyter,aut alij quiuis nuptiarũ expertes presbyteri,nubere (quod hactenus accidit nusquam) & cum coniugibus dormire voluissent: Quippe in illis, qui iam ad sacra,è coniugio promoti erant impium, aut val de indecens(vt dictum est)id iudicabat,Quanto minus nuptias permisissent,sacris iam initiatis? *1. Tim. 3* *Syncatathesis assentio.*

Serpens.

Solerter:De interdicto nostris sacerdotib⁹ cõiugio, alias differendum:Iam penultimam audi, quam facilè retundas.

Culina. hyd. struthio.

Hic Pater fuit,qui solum Christum(de quo Pater retu- *Cyprian⁹ lib. 2. Epistolarum epistola. 2*

Matth.17 *lit ipsum audite)esse audiendum,literis illustrauit. Neque eorum, quæ ab aliis olim dicta sunt rationem esse habendam. Sed eorum tantum, quæ Christus (quippe qui omniũ primus fuerit)nobis præcepit:In alienos fines itaque incurrerunt,neque alios,suis contineri passi sunt,quũ alios magistratus à Christo & sibi,& aliis imperaturos, assumpserunt.*

Columba.

1.Tim.3. Si ecclesia Christi Columna est & firmamentum veritatis,stabilis perpetuo manet omni aduersa vi inuita,nullíque cedit potentiæ, firmissima basi suffulta: Adhęc,si firmamentum est veritatis,audiẽda est planè,quæ mentiri(sponso duce)nequit, alioqui quomodo firmamentum est veritatis? Præterea, Si eam audiri,sub intermira-

Matth.18 tionem anathematis dominus mandauit,quomodo solus Christus audiendus est? Hæc minime conuenirent,si in Ecclesia,quæ est corpus Christus non audiretur Christus.

serpens.

1.Thess.3 Obediri verbo suo mandat Apostolus,alioqui

Act.15. confundi inobedientem: Præcepta Apostolo-

& 16. rum & seniorum obseruare iubet,vt dictum est: Et qui Ecclesiam audit,Christum audit,Christo

Luc.1. ipso teste,Qui vos audit me audit(inquit) & qui vos spernit, me spernit, qui autem me spernit, spernit & eum qui me misit: Quid itaque nugatur Culina,dicens solum Christum audiendum,

1.Thes.4 videat. Apostolus præterea. Qui hæc spernit,nõ hominem spernit,sed deum, qui dedit spiritum suum sanctum in nobis. Qui ergo spernit Eccle

Ioh.14 siam(cui spiritum sanctum suum dedit deus, vt

cum

cum ea maneat in æternum) & deum ſpernere & Chriſtum (cum illa omnibus diebus vſque ad finem ſæculi permanſurum) neceſſe eſt: Aliquot (adhæc) præſcribens Corinthiis decreta Apoſtolus, dominica mandata eſſe affirmat, & loqui in ſe Chriſtum: Nec minus (exiſtimo) in ſua eccleſia loquitur & auditur. Porro aures præſtare vetat diuus Cyprianus, illis in quibus nō loquitur Chriſtus, ſed erroris ſpiritus. Non autem Eccleſiæ, Apoſtolis, aut Senioribus, Chriſto capiti co formibus: Quod ſi negent noctuæ vnanimitatē, reſpondere perfacilè erit. Poſtremam abſoluamus Culinæ obiectionem.

Matt.ult.

1.cor.14.

2.cor.13

culina. hyd. struthio.

Omnes ſummatim Eccleſiæ maiores, Id uno animo perhorruerunt, atque una uoce execrati ſunt, quod ſacerrimum dei uerbum, uel Sophiſticis argutiis, inquinetur, uel altercationibus, ac diſceptatiōibus philoſophicis implicetur: ſtationem patrum non deſerunt, quum nullis rebus in toto uitæ curſu operam nauant, præterquam puræ ſcripturarum ſententiæ, & contentionibus prope infinitis, & diſceptationibus ſupra ſophiſticis inuoluendæ, & implicādæ? Adeo ut ſi Patres reuiuiſcerent, cum eam decertandi artem (quā theoricam Theologiam uocant) exacte conſpicerent, nihil magis à deo abhorrere, quàm iſtiuſmodi diſputationes, putarent: Verum, quam latè mea funderetur oratio, ſi ſigillatī proponerē, quā audacter iugum patrū abiecerint, quorum morigeri liberi, uideri peroptant: Certè dum hoc argumētū enarraretur, menſes & anni contererentur: Verūtamen, tam effrenata & inuerecunda feruntur inſolentia ut nobis probro dent Patrum lineas à nobis fuiſſe deſertas.

serpens.

Hac præclara coronide, multorum mendaciorum catalogo, finem dat Culina, Sophistas eos appellans, qui obscuriores scripturarum locos interpretãtur (relicta sibiipsi:simplici ac facili litera) obstrusos quoque locorum dificilium sensus elicitant, & quo valent, vniunt ingenio apparenter dissidentes, ne scripturarum author spiritus, contradictionis, aut erroris numen esse videatur, vt plerisq; indisciplinatis contigit: Quod autem in palestris literariis, Theologorum disputationibus, supradicta fiant, acuuntur (adhæc) iuuenũ ingenia, hæreticarum argutiarũ strophæ denudantur, versutiæque ac scommata, vnáque discunt dociles quique, quibus armis, cõtentiosorum cauillos repellant profligentque, gymnastica exercitamenta huiusmodi, cauillos plusquã sophisticos concertationes, & contentiones philosophicas, impudenter appellat: Quibus nihil aliud agunt (inquit Culina) quàm sepelire & obscurare, cõtaminare quoque sanctum dei verbũ, & scripturæ simplicitatem: Porro, quæ artium multitudine & eloquentia Hippiam sese putat superasse, quum theoricam non attingat Theologiam, asseuerare non veretur, ea nil à deo alienius, etiam patrum omnium (si vitæ redderẽtur) testimonio: Cæterum, quum nihil minus fecerit infrunita stolidáque, quam quod nitebatur, quasi tamen victrix, nobis tanquam deturbatis, & ad perniciem deductis, insultat coram tanto principe, insolentissima Strix: Producturámque (nisi deficerent ei menses & anni) alia innumera (quibus perfacilè deiiceremur) sese iactabunda gloriatur.

Hippias, gloriabatur nihil esse in rerũ natura quod ipse nesciret.

gloriatur. Moleste itẽ fert sibi, suísque à nostris exprobrari, quod metas trãsiliant patrum, quum tamen impudentissimè reiiciant Patrum omniũ in Christi nomine congregatorum decreta, quæ (supra) metas esse diximus: quantomagis priuati cuiuslibet, dicta, scriptáque, pro libidine explodent? neminem sanctorum doctorũ, non auersatur (impudentissimè) Culina variis suarum contaminationũ in locis, & hoc sibi improperari nõ patitur. *columba.*

Quid meri posthac poterit è celario depromere Culina, quę iam tot ꝓduxisse mẽdacia, ad suæ impietatis cõfirmationem comperta est? Peribit (indubiè) qui tam exitialem Strigẽ, peruicaciter sequetur: Iam audiamus, quam potenter cæteras nostrorum obiectiones effringat.

serpens.

Audi quam arroganter Strideat.

culina. hyd. struthio.

Quod nos ad consuetudinem remittant, nulla suæ caussæ fundamenta iaciunt: summa siquidem esset iniuria, si consuetudini, parere cogeremur: si recta essent hominum iudicia, à probis consuetudo esset capessenda: multo tamen aliter, plerunque usu uenit: Nam *quod à pluribus fieri uidetur, id sibi consuetudinis iura uendicauit:* Neque uero *humana uita aurificis trutina adeo librata fuit unquam, ut uel rerũ omnium optimæ, maiori parti placere possent: Itaque ex priuatis hominum flagitiis, tãtus uitæ cõmunis error subortus est, uel potius ĩ fascinus, cõmunis cõiuratio, quam isti egregiè cordati homines, pro lege haberi uolunt.*

colũmba.

O certè nimis audacem noctuam, & nimia te-

De cõsue. c.cum cõsuetudinis. meritudine, cuiuis cõsuetudini laudabili, cedere recusantem, quum tamen honestam cõsuetudinem, magnificiant vniuersi. Vt autẽ superbissimę mentis supercilium, fuco quopiam obducat, consuetudinem dicit, quæ est bonorum, eos suo more bonos ducens, quos propriæ habet impietatis consortes, cæteros pro sceleratis habens: At de consuetudine differere, tuum erit charissime.

serpens.

De cõsue. c.cũ dilect⁹. c. Ad audiẽtiã. c.cum uenerabilis. c.cũ tãto. Non est cõsuetudo, sed corruptella, quæ iuri, aut naturali, aut diuino, aut sacris Canonib⁹ derogat (consuetudo enim optima est legum interpres, non corruptio) Nec quod pluribus placet, aut à pluribus fit. Vnde enim tantum boni, vt pluribus quæ recta sunt placeant? Sed bonorum consensum, viuendi consuetudinem appellamus, perinde ac sermonis consuetudinem, consensum eruditorũ: Prodat nunc Culina (quæ tanta arrogantia, approbatas Ecclesię cõsuetudines, exturbare molitur) vnã, nostrę, vniuersalisq; Ecclesiæ cousuetudinem, quæ iuri aut diuino, aut naturali, aut sacris sanxionibus deroget, & quæ vitam male instituat, malósque foueat mores, & bonos rescindat, quæque optimorum, orthodoxorúmque patrum (cæterorum omnium comparatione numero paucissimorum) consensu ortum non habuerit, tametsi omnibus placuerit minime, & illi cedere detractet. Quod autem multi sumus, laudabiles patrum nostrorum consuetudines obseruantes, nihil officit supradictis de consuetudine (non enim ideo consuetudines appellantur) Si ergo laudabiles sunt ecclesiæ cõsuetudines,

ſuetudines, ad quas, de fidei doctrina Culinam proſilire opus non erat (de fidei quippe doctrina ſermocinabamur) qua eas fronte, noſtramque doctrinam, errorem publicum, atque in vitium conſenſum appellat? At nūc, intermiſſo de fidei doctrina ſermone, pro Eccleſiæ probatis conſuetudinibus aduerſus Striges concertemus: Quum 1. cor. 11.
è Corinthiorum eccleſia, contentioſos aliquot, ſuis monitis refragari videret Apoſtolus, quod forſitan nullis ſacræ ſcripturæ locis, fulciri viderentur, tametſi natura ipſa rationeq; firmarentur (illic enim de modo orandi velato, aut nō velato capite tractat) A conſuetudine, rem ipſam demonſtrat, dicens: Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem nō habemus, neque eccleſia dei. Morē populi dei decernens, inſtitutáque maiorum pro lege habenda, vbi ſcripturæ ſacræ non ſuppetunt.

Columba.

Quid ſi Corinthiorum contentioſi, proteruè cum Culina defendiſſent, iniquū eſſe, ſi cedere conſuetudini, inſiſtente Apoſtolo vrgerentur? Nimirum, ſanæ mētis nullus, refractarios iſtiuſmodi, non increparet.

serpens.

At probatæ conſuetudini morem geſsiſſe Co- 2. cor. 7.
rinthios, teſtatur ſequens eiuſdem Apoſtoli Epiſtola.

Columba.

Et noctuæ, aduerſus eccleſiæ dei conſuetudines, animum obfirmarunt, quamobrem increpatione non modo, verum & omni ſunt dignisſimæ ſupplicio.

serpens.

Quam belle tibi aſſentitur, audi.

Culina. hyd. struth.

sed qui lumine non priuantur, plurima tanquam ſcelerum æquora, in orbe redundare, & in humanum genus exitioſiſsimas peſtes graſſari cernunt. Omnem denique mundi machinam & molem, ita in ruinam inclinari, ut uel nos rerum expectatio, prorſus ſit fruſtratura, uel his malis & uiolentis manibus ſit conſulendum: Et tamen huius morbi cura, nulla alia de cauſſa repellitur, niſi quod iampridem grauiſsimis ærumnis iſtiuſmodi, aſſueti ſimus.

Columba.

Obſcœnum malorum omnium fretum, te aliiſque huius ſæculi noctuis ſtridentibus, tam latè, tamq́ue contagioſè, exuberauit in omnes totius Chriſtianiſmi nationes, ſua profligans probos quoſque mores inundatione, vt antea nuſquam peſtilentior inundauerit malitiæ cataclyſimus: Et hunc aſsiduis lachrymis ſacra Aquila lamentatur, cuique ſalubre remedium adhibeatur peroptamus (Non tuum quod tam pernicioſæ inundationis ſcatebra eſt, quippe ex præcedentibus nouimus quale remedium cenſeas adhibendum) quodq́ue vt impetremus, ſedulis precibus diuinæ pectus miſericordiæ pulſamus, quo per ſpiritum ſanctum ſuum, lumen noſtris ſenſibus accendat, amorem cordibus infundat, perpetuáque corroboret virtute. Infirma corporũ, & quæ ſuæ Eccleſiæ vtilia non ignorat, largiri dignetur: Intemeratam Mariam (adhęc) vniuerſamq́ue exercituum cœleſtium militiam, ad eum finem

non

non infrequenter inuocamus: & quod possumus facimus.

serpens.

Permittit nihilominus, & ad finem vsque pręsentis sæculi (alto suæ sapientiæ consilio) permissurus est Pater clementissimus per agrum suũ adulterina semina, ab inimico homine disseminari: Sustinet (præterea) & ad finem vsque sæculi sustinebit in multa patientia, vasa iræ apta in interitũ: Et hæc omnia electis suis deus cooperatur in bonum, quantumuis virtuti aduersa, pérque ea coronam assequuntur immortalitatis: Et tamen Culinæ stoliditas gloriatur sese, omnium è rebus humanis, abigendorum (ante tempus à deo præfinitum) malorum, remedium inuenisse, nisi à nobis, repellatur (inquit) quoque remedio, omnia deinceps ordinata, secura, tutáque ab hostium incursionibus erunt: Nullæ amplius futuræ hæreses, nulla zizania posthac in agro domini fœtificatura, sed omnia ante messem eradicanda, tametsi oppositum fore, dominus prædixerit: Sagax (dubio procul) Culinę ingenium: Adinuenisse sese gloriatur, quod nulli antehac potuerunt, nec poterunt vnquam futuri: Non contendimus acrius animaduertendum non esse, in rebelles & facinorosos, sed Culinæ deridemus stupiditatem, quæ de rebus humanis actum prorsus, & desperandum censet, nisi propria adinuentione, auxilio adsit, quum tamen ex eius, similiúmque corruptelarum sordida alluuie scateat, tantorum malorũ fœdus odor. Ignoras (fanatica) pertinacem inobedientiam (qualis

Matt. 13,
Rom. 9.
Rom. 8.

eſt noctuarum omnium) omnium eſſe, foréque hæreſum parentem, mortis (pręterea) & peccati, ac malorum omnium fœcundiſsimã? Quæ (quęſo) vlla vnquam pax, in Eccleſia eſſe potuiſſet, quis ordo, quæ religio, quæque ſcelerum cohibitio, ſi patrum orthodoxorum decretis, rebelles & inobediẽtes tecum extitiſſent fideles quique, tuis contaminati fucis, velamen proprię rebellioni prætendẽtes, & inobedientiæ? Si cæcitate ipſa cæcior non es, obedientiam ipſam, tollendorum malorum (non omnium quod ante finem ſęculi non continget) vnicum eſſe remediũ videbis: Ad quam ſi compellant magiſtratus, fiet (numine propitio) in rebus humanis ſecundum diuinę prouidentiæ ordinem, quod tu deſperas: At tu, parere recuſans, Ciuiliúmque magiſtratuum cenſuras deuitans, latebras perfuga colis non modo, verum omnium refractariorum, ſceleratorúmque facta es receptaculum: Si ſapis (O Culina) elata, duraque ceruice tua, obedientiæ ſummiſſa, pacem (à te, tuíſque ſimilibus obturbatam, & conculcatem penè) Eccleſiæ, pro viribus reſtitues: Quod ſi obedire deo, verbóq; eius ſcripto, te paratã dicis, Quur Eccleſiæ, quæ corpus Chriſti eſt, & deo contraria eſſe non poteſt, & verbo dei (quod propter illam eſt) præſtãtior eſt, quæque ab adulterino, verum verbum dei diſcernere habet, & ſine qua nulla erat, aut tibi, aut nobis, ſyncceræ ſcripturæ certitudo, quæ (præterea) eſt, aut ſaltem in ſeſe habet verum viuúmque dei verbum, & cui obedire tam arctè mandauit Chriſtus (quem & audiendum contendis) non

non ſubderis?Si ſolum verbum dei ſcriptum(vt perperam exiſtimas) audiendum eſt, fruſtra audiri Eccleſiam iuſsit: Si nihil fruſtra mandauit, audienda eſt,recta quæque ſtatuens, vel abſque expreſſa verbi dei ſcripti authoritate. Quod ſi (tuo omniúmque refractariorum more) Aliam eſſe Eccleſiam, videlicet inuiſibilem defendas, aduerſari ſacris tuum ſcripturis dictum, planè oſtendetur: Si tuorum Synagogam Eccleſiam dixeris, ex ſupradictis, ſubſcribendíſque,videbunt oculati quique, quale omnibus ridiculum paras.

Columba.

Tantæ eius inſenſibilitatis,me miſeret: Nunquam ad cor reuertetur (ſuſpicor) quod contumacißima verè ſit,propriæque tenacißima ſententiæ:Neminem præter conſortes audire parata eſt:Compendio Abſoluamus(quæſo)quæ de conſuetudinibus ſubſtruit.

serpens.

Contumacem audi.

Culina, Hyd. struth.

Et quanuis in rebus mortalium publicis,communis error ualeat,tamen in dei immortalis regno, ſola eius æterna ueritas, & audienda, & obſeruanda eſt, in quam,neque longæuorū annorū codices,Neque antiquarum cōſuetudinum,uel coniurationis ullius hiſtoriæ,quicquam poſſunt: sic olim Eſaias,domini electos erudiebat, ne paſsim cum populo conſpirante, coniurationem dicerent,hoc eſt, ne conſpiranti populo aſſentirentur: Neque ſuo terrore formidarent,aut pertererentur. sed deum exercituum potius ſanctificarent,ac ſolus ille ſibi formidini eſſet : Nunc ita- Eſa.8.

que aduersarii, tot (& antiquæ & nostræ memoriæ) exempla, quot sibi uidebuntur proponant, Magno terrore nõ percellemur, si deum exercituum sanctificemus.

Columba.

Inobediens & cõtumax Culina, nostram (iterum) doctrinam, approbatásque ecclesiæ totius cõsuetudines, tumido pectore, & inflata bucca, errorem publicum appellat: Solam in dei regno æternam eius veritatem audiendã, & obseruandam dicit, Aduersus quam, prævalitura est minime, præscriptio quæuis, aut annorum, aut consuetudinis antiquæ, aut certè cuiuscunque conspirationis: Ac si doctrina nostra, Ecclesiæque consuetudines, ac patrum decreta, Dei veritati aduersarentur æternæ, & veræ essent, aduersus
Isa.8. Deum conspirationes, illis similes, quas per Esaiam in populo reprobat. Reuera conspirationes sunt potentissimæ, sed aduersus scelestissimas Cacodæmonum, hæreticorúmque omniũ cohortes, proinde noctuis perosę, quòd illis infestissimæ: Et quasi solæ Striges, à deo electæ sint (cæteris omnibus, & præteritis, & præsentibus fidelibus reprobis, & aduersus Deum conspirantibus) & solæ dominum exercituum sanctificent, verentur neminem, formidant nullũ, nullisq; obiectorum exemplorum (aut præsentium, aut futurorum) terriculis cõturbabuntur. O insolentẽ, impudentémque hydram, & quauis Chimæra monstruosiorem: Mittat (vtinam) dominus exercituum, Herculem aliquẽ, qui huius tam infrunitæ hydræ, animum contundat: Dauidem destinet (oro) qui vno hoc monstrum

lapillo

— lapillo consternat*

serpens.

Et Bellerophontem remittat (deprecor) qui tam horrendā Chymęram,consimiliáque monstra,deturbet: Futurum est (soror dilecta) vt & hunc Satanam, velociter conterat sub pedibus nostris,Deus pacis,qui iam innumeros cōtriuit (fœdissimis illorum,euulsis plantationibus):Et iuxta eam beatissimi Apostoli sententiam,conterenda erat velociter Ecclesia nostra, nostraq́; communio, si æternam dei veritatem, & deum exercituum auersata fuisset:& tamen tāto tempore immobilis perstat,inuitis omnibus Satanę legionibus. Superest, è Culinariæ conspirationis fuco inuestigandum,qui conspiratores quibus suos electos consentire vetat per Esaiā prophetam dominus, Ne videatur deprōpsisse Culina,de prophetæ Myrothecio,quòd suæ temeritudini patrocinetur.Inspicientibus pręcedentem vatis scripturam, conspiratores apparent, Reges aliquot, cum suis populis,Rasim rex Damasci, & filius Romeliæ,Samarię (id est decem tribuum Israel) rex.Qui contra Iudam & Hierusalem cōspirantes,nihil potuerunt,erat quippe dominus exercituum eorum propugnaculū, quinimo, in manus Regis Assyriorum traditi sunt ab Emanuele,duo cōiurati, adeo vt eorum cunctis populatis vrbibus, subactísque populis, in illius potestatem & arbitrium venerint & reges,sola Hierusalem illæsa:Quæ tametsi, Assyriorum potentia,& exercitu innumerabili,fuerit posthac obsessa, incredibili tamen dei mise- Rom.16.

ricordia, liberata eſt: Non timẽdã eiuſmodi regum, ſubditorúmque, coniurationem, per prophetam, Iudæ & Hieruſalẽ, dominus reuelabat, modo eſſet dominus exercituum pauor illorũ, terrórque, ipſúmque ſanctificarent. Porro ſequẽtem literam examinantes, Pſeudo magiſtros
Matth.15 (propriis traditionibus, & legibus, diuinæ legis præcepta irrita facientes, tandemque conſpirã-
Ioan.9. tes, vt ſi quis Chriſtum confiteretur eſſe Ieſum, extra ſynagogam fieret) coniuratos dicit: Horũ coniurationem, prophetico inſtinctu edoctus à Chriſto illuminatus cæcus (fidelium ex gẽtibus imago) minime veritus eſt: Nec Paulus Apoſtolus, fideliũ ex Iudæis ſimulachrũ: Porro incredu
Rom.9. lis omnib⁹, factus eſt Chriſtus, lapis offenſionis
1.Cor.1. & petra ſcandali: Videat Culina in eum locum, doctiſsimi Hieronymi Anagogem, & ſibi, ſuíſque, verba prophetæ, non aliter, quam coniuratis competere (ſi non deſipit prorſus) intelliget: Quapropter & diſsipandas celerius eius conſpi rationes, haud diffidamus: Abſoluamus quod de errore conſpirationum, ſubinde allucinatur.

Culina, hyd. Struth.

Nam licet permulta, in eandem improbitatem, ſæcula iurauerint, dominus in tertiam & quartam generationem ulciſci poteſt: Licet in idem ſcelus, orbis uniuerſus conſpirit, nos tamen exemplo docuit, quis finis ſit eorum, qui cũ populo errauerunt, quum omne genus humanum, præter Noe, & exiguam eius familiam, ſubmergi aquarum inũdationibus paſſus eſt: Qui ſua ſolius fide, mundum uniuerſum damnauit: Conſuetudo peruerſa, ut in ſumma dicam, nihil aliud eſt, quàm peſtis publica, qua qui intererunt, nõ

magis

magis ab exitio liberantur, quàm si soli interitui exponerentur: Praeterea, quod diuus Cyprianus retulit, erat aduertendum: Eos qui imprudenter aliquid offendũt, licet prorsus culpa non uacent, nonnullam condonandi criminis caussam habere: His uero qui pertinacia, ueritatẽ (dei misericordia collatam) oppugnant, nihil expurgandae culpae, spei esse relictum.

serpens

Allucinari Culinam, planéque delirare, omni sensato conspicuum est: Tantae siquidem impudentiae est, vt non vereatur caliginosa, tot aetatum, totque sanctorum fideles omnes (quorum innumeri inter diuos relati ex fructib⁹ optimis & gloriosissimis agniti sunt deo digni) in eandẽ cõiurasse impietatem, in eundẽ nequitię genus, facinúsque scelestum (ore inquinatissimo) affirmare, quod in eadem (fidei doctrinę, pietatis, religionis, ac totius diuini cultus) communione, tamdiu vnanimes permanserint. Indignum (sanè) auditu dictum: Et quod eam spiritus vnitatẽ, tam multis piis gratissimam oderit (quippe suae tum superbissimae temeritudini, tum obscoenae libidini, tum voraci ventri, haud congruit) peccatum multitudinis eam, blasphemia irremissibili (quod spiritus vnitas sit diuini) pronũciat, decernítque. Quamobrem eidem assentiri recusat, quod didiscerit (ipsa experientia doctricae) quã exitialis sit eorum finis, qui cum multidine peccant (inquit) Praeterea, dominum fortem dicit, qui vltionẽ de illis, nobísque omnibus, perinde ac de impiis, sceleratis ac ꝑduellibus, exequetur vsque in tertiam & quartam generationem, ac si

illos omneis tales fuisse apertè constaret, idque iam transisset in rem iudicatam, & noctuarũ impietas, vera dei pietas indubitanter esset, deíque veritas ęterna: Quam quum auersemur, oblatam nos dei munere veritatem, obstinate reiicere nugatur, proinde inexcusabiles nos fore prorsus, tametsi illi, qui à vero per ignorantiam labuntur excusari à tanto posśint (inquit) Tandem de doctrina nostra, Ecclesiasticis decretis, & probatis consuetudinibus (quæ omnia infandis nominibus, impietatem, nequitiam, peccatum multidinis, luendum cum illis, quos generale diluuium sua inundatione deleuit, adhæc publicam pestẽ appellans infamat) errorem producens (inquit) Mala consuetudo, nihil aliud est quam publica pestis, in qua qui moriuntur, licet multi, non minus pereunt, quàm si soli perirent.

Columba.

O obscœnam, & splendidisśimorũ solis radiorum, incapacem strigem: O stultam & inani loquendi copia tumidam, patrísque mendacij afflatu demẽtatam vlulã: Quæ vlla vnquam pestilẽtior noctua, ab inferis emersit? Quot mendaciis, assentationibus, querelis, quantáque hypocrisi tuam impietatem, obducere moliris, Strix omniũ infestisśima? Quod (præterea) technis, subtilitatibus, & argutiarum strophis, purisśimam fidei veritatem obruere, & tuam stabilire hæresim conniteris? Esto, tui sis nunc voti compos, singuli nunc tuam suscipiant doctrinã, Nunquid non erunt, qui tibi posthac aduersabuntur? Non
1. Cor. 11. deerunt hæreses, quandiu hic cum hoste confligendum

gendum eſt (certo ſcio) : Iam arma illis paraſti, quibus te, quantumuis potentem & adoriantur, profligéntque, eadem in te, tela iactaturi, quæ tu in nos, inſcitè iactas: Illi perinde ac tu, perperam intellectis ſcripturis nitentur: Quo præſidio tuta eris, quum de dogmate controuerſabmini? Si Apoſtolorum & Eccleſiæ, tuum dogma eſſe cõtendas, æternámque dei veritatem, incalumniabilibus Chriſti, & Apoſtolorum confirmatam miraculis, iã docuiſti (hebes, improuidáque noctua) quæ in te retorqueant. Deſine iam, deſine miſera, diuino occurrẽs furori, tam impia loqui & ſcribere: Tu (dubio procul) tuíque eſtis, qui ſuſceptam ab infantili ætate (dei munere) veritatem, obſtinatiſsime reiicitis: Et nunc denuò (eius miſericordia) oblatam, contentioſè repellitis, propellendamq́ue prædicatis, quapropter inexcuſabiles eſtis: Non minus allucinatur (ſuſpicor) in ſequentibus.

Serpens.

Vno eodémque ſpiritu duce, eius caliginoſum trahitur vehiculum. Ad ſequentem obiectionẽ in hunc modum reſpondet,

Culina, hyd. struth.

Neque nos tam uehementer ſuis rationibus urgent, ut uel ad noſtra tempora, Eccleſiam interemptam fuiſſe, uel illi aduerſari, confiteri cogant: Nam Chriſti eccleſia uixit, ac tandiu uictura eſt, quandiu Chriſtus ad dexteram Patris regnabit. Cuius manu defenſa, cuius copiis ſtipata, cuius uirtute munita, ac ſcepta eſt: Eſt enim luce meridiana clarius, eum ſuis ut promiſit, in ſæculi cõſummationem ſemper affuturum. In hanc Eccleſiam, nullum bellum ſu-

stipimus, quod eodem animo & studio, cum uniuerso fidelium populo, deum & christum eius colamus & adoremus, quemadmodũ à suis famulis solitus est adorari, Lõge uero à ueritate abalienantur, quum neutiquam esse Ecclesiam concedant, nisi oculis conspiciatur: Atque certis finibus circumscribi eam contendunt, quibus nullo pacto queat contineri: In his, res nostra sita est. Primum quod Ecclesiæ formam requirant, quæ in hominum oculis uersetur: Deinde quod eam formam, ad Pontificium Romanæ Ecclesiæ reuocent, & antistitum statum: Nos autem Ecclesiam stare posse, sine illa conspicua forma affirmamus, Neque eius lumen, pompa externa, esse metiendum, quàm isti imprudẽter admirantur, sed multo aliis notis, insignitur: Nimirum, syncera uerbi diuini explicatione, & sacramentorum dispositione rectè instituta.

Columba.

Acuti lingua hæretici, labiísque armati, pellectorum acies, & numerosos eorum, quibus nunquam non pruriunt aureis, quibusque mens laxa semper est exercitus, in propriæ impietatis barathrum (nunquam emersuros) pręcipitarunt. Heu heu, quot incautorũ turmas, immo legiones, hoc nouo verborum fuco fefellit Culina? Quæ nimia loquacitate, ꝓbare nititur rem, ipso lucidiorem Titanne, videlicet ecclesiam Christi nunquam, aut mortuam, aut extinctam fuisse: Quis fidelium nescit, tamdiu extare ecclesiam Christi (quæ illius est regnum, spõsaque & corpus) quamdiu regnat in electis Christus, quamdiu sponsus est, & quamdiu Angelorum, hominumque caput est? Quis nostrum, teipsam vt rẽ tam perspicuã, vel aut probares, aut subnegares, impellere

impellere tētauit vnquam? Num eo tendunt nostrorū obiectiones, à te pro libidine (reor) productæ, non cum debita energia?

Serpens.

Nihil mentita es.

Columba.

Quur ergo (ò Lucifuga) tātum sceleris, nostris tam impudenter imponis? At hæc est calliditas tua, & cōcinnata ad fallendas obtusas mētes, impostura, vt falsis criminib⁹ aduersariis impositis, nunquā non torue ad obiecta respondeas, Tuam ecclesiam ante hoc flebile sæculum nunquā fuisse contendimus (non Christi Ecclesiā) quáobrē illam, esse Ecclesiam Christi (quæ semper extat) pernegamus: Et hoc, dilēmate tali demonstro: Si tuus, similiumq́ue noctuarum cœtus, verè Ecclesia est, & tuum dogma verè verbum dei est, Ecclesia ante hoc sæculū aut non erat, aut sine verbo dei erat (de eo dogmate in quo controuersamur loquimur) Quippe præcedentium fidelium neminē (saltem ad Apostolis) datura es, quæ tuo dogmati, non expressè contradixerit. Neminem (præterea) ab exordio mūdi, fidelem productura es, quæ tuorum errorum bonam partem non sit auersatus: Si contradixerunt vniuersi sine cōtradictione fideles, aut nulla erat Ecclesia, aut sine dei verbo erat: Quod quū nō admittas, tuum dogma verbum dei nō est, nec tuus cœtus (quod tali nititur verbo) verè Ecclesia est. Si Ecclesia non est tuorū sinagoga, & Ecclesia Christi semper est, Ecclesia tua nūquam fuit, quòd probare nostri moliuntur; nec frustra. Aliam autē Eccle-

ſiam Chriſti præter noſtrã, quum dare nequeas (quæ ſemper fuerit) nec aliud verbum dare poſſis, aut aliã doctrinam præter noſtrã, dubio procul ver bum dei eſt, & noſtra eccleſia, verè Eccle-
Quæ ſit Eccleſia. ſia Chriſti, quamquam malos, heu nimium multos, permixtos habeat electorum ſocietas, Eccleſia catholica ergo (quæ cœtus eſt, omnium timẽtium deum fidelium, in vnum deum & Chriſtũ credentium, fide, ſpe, charitatéque ſpiritus vna, vbicunque terrarum extiterit, cum qua vſque ad conſummationem ſæculi, omnibus diebus, permanet Chriſtus, eiuſque ſpiritus, omnem illi veritatem indicans) à primo iuſto ad poſtremũ vſque, cũ hoſte, cõfligit iugiter, tanta eſt Eccleſiæ Chriſti antiquitas: Porro à Chriſto paſſo, Petrũ eiúſque ſucceſſores Romanos pontifices, pro ſupremis Chriſti vicariis ſemper agnouit, ob quod
Cur. Romana. Romana dicitur vbicũque ſit, quam quum totis viribus oppugnes, totíſque copiis, te impudẽter mentiri (quum inſectari te, tuóſque Eccleſiam, aut bellum aduerſus eam moliri pernegas) manifeſtum eſt. Hæc præter antiquitatem, nulli vnquam ſectæ ceſsit, porro illi nulla non ceſsit, indubitatum verè Eccleſiæ argumentum, eius (adhæc) regimen, certis (poſt vniuerſalem Pontificem) miniſtrorum & magiſtratuũ gradibus, creditum eſt, qui nonnunquam Eccleſię ſortiuntur nomẽclaturam. Ex quibus eliciendum puto, Eũ Chriſto, eiúſque Eccleſiæ aduerſari, qui Romanam eccleſiam expugnare contendit. Aperi igitur oculos tuos, & ſaluare Culina: Si non potes (quod prorſus mortua es) Aperiant ſaltem à te pellecti,

pellecti,& fugiant à te, velut ab horrendo Bufo ne,omnium ad ſe accedentium, perniciosiſsimo corruptore: Quod dicis eccleſiam tuam,ſoli deo cognitam extitiſſe, nulláque externa, aut apparentia,aut magnificentia inſignitam,ſed aliis potioribus ſignis diſtinctam,ſcilicet puriſsima verbi dei prædicatione, & rectè inſtituta ſacramẽtorum adminiſtratione,riſum excitas: Si ridiculum non percipis attende: Defendat proteruè quiſpiam,Chymæram,aut aliud quoduis impoſſibile, extitiſſe ſemper, eſſe (præterea) foréque perpetuo,vrgeatur autem à non credulis,de proferendo teſtimonio quouis,alias ſeſe nunquam non obſtrigilaturos affirmantibus. Si deo ſoli cognitum iſtiuſmodi prodigiũ, nulláque exteriore apparentia demonſtratum reſponderit pertinax ille,ſed propria opinione, ſentẽtiáque inſignitum ridiculus erit: Nec minus ſi propriã pertinaciam,ſcientiam veri, certíq; defenderit: Næ, ridiculo iſtiuſmodi haud diſsimilem te exiſtimabit conſultus quiſque,quod talem effingis eccleſiam,hæreſimque tuam, puram verbi dei prædicationem impudenter,contentioſęque affirmes, & ſuperſtitiones tuas,rectè inſtitutam ſacramẽtorum diſpoſitionem : quum tamen nihil minus eſſe,certum ſit. Hoc à te probandum erat,non tã inſolenter contendendum,quamobrem nec tibi id affirmanti credendum : Alioqui,ſi tibi dicenti, tuorum cœtum, Eccleſiam Chriſti verè eſſe, quod pura verbi dei prædicatione,rectáq; ſacramentorũ inſtitutione,ſit inſignita,credendũ eſt, quæ hæreticorum ſynagoga, verè eccleſia non

erit? Quippe hęretico cuilibet dicēti, suā cōgregationē, pura verbi dei prædicatione & recta sacramentorū administratione insignitā, credendū perinde ac tibi erit. Porro nullus vnquam hæreticus, hoc de suorum cœtu non dixit, videlicet habere eum purum verbum dei &c. proinde verè ecclesiam esse: Cæca perspice (si oculorū marcorem, protrudere valeas) in quæ ruas præcipitia: Nunquid & nos contendere audebimus, penes nos esse puram verbi dei prædicationem, rectamque sacramentorum administrationē, proinde nos ecclesiam dei esse? Quis itaq; nostrarum controuersiarum finis, si id insigne esse ecclesiæ contendas, certissimúmque indicium, quòd fideles non modo, verum & hæretici omnes, sibi arrogant? At nulla secta sibi vendicare quouismodo potest, quod Romanæ ecclesiæ congruere manifestissimum est, videlicet antiquitatē, & continuam præfectorum in ea successionem, stabilitatémque & fortitudinem, nulli vnquam, aut sectæ, aut potestati cedētem: Ecclesia ergo Christi est, noctuarum vero consortiū, Synagoga est Satanæ.

serpens.

Arrius, cæteríque hæresiarchæ, ob veritatem omnia vincētem sese pulsos à catholicis episcopis querebantur: Non mirum itaque: si huius sæculi noctuæ, suam hæresim, puram verbi dei prædicationem esse contendunt, & suas superstitiones, rectè institutam sacramentorum administrationem. Potenter, solertérque, per dei gratiam, Culinæ impudentiam profligasti: At de ecclesia

clesia Romana(quam verè esse Christi ingeniosè probasti)quædam superaddiicienda ducimus: Ab orthodoxis omnibus non modo, verum ab hæreticis,Romana ecclesia, omnium mater ecclesiarum habita est: Nec hactenus habitus est catholicus qui cũ Romana ecclesia nõ cõsensit, nec visus est posse Christo cõiũgi,qui cathedrę in qua seditApostolorũ omniũ caput Petrus,nõ estconiunctus:Ergo ecclesia Christi(à cathedra Petri Romanę ecclesiæ nomenclaturã nacta)sine verbo dei,sine sacrificio,sine sacramentis,sinéque pura sacramentorum administratione,sine manifestissimis spiritus donis, ad eius vtilitatem datis (tametsi aliquando abundantius) sine cæremoniis,ritibus, & approbatis consuetudinibus, quæ omnia apparentia & visibilia sunt nunquam extitit,& sine illis (quamdiu militiam exercet)non erit,quicquid oggranniatCulina, de sacrarum ædium, vasorum, vestiúmque (ad diuini cultus spectantium decorem) externa, aut apparentia,aut magnificentia, in quibus consistere Ecclesiam, nunquam somniauimus. Ex prænarratis tamen agnoscitur, in quibus & colligatur:Hanc ecclesiam oppugnare,exturbaréque,pro viribus molitur Culina,non quod vnum deum & Christum eius (vt garrit) adoret, & veneretur, sed quod ad perniciem deducere conatur,quæ optime(sacro afflata numine)instituit,eique in rebus innumeris,pertinacissimè refragatur:Apparet ex dictis,extra ꝓpositũ Culinã ferri:Nec minus vagatur in sequẽtib⁹,de ecclesia multa ineptè ogganiẽs:Sic loquit̃ subĩde.

Ecclesiæ visibilis forma.

Culina. hyd. struthio.

Illis satis esse non potest, nisi digito, ecclesia indicetur: Quoties Iudæis, adeo forma caruit, ut ne ulla quidẽ, illius significatio appareret? Quod formæ ecclesiasticæ indicium
3.Reg.19 *tum splenduisse putatis, cum Helyas, se solum relictum cõ querebatur. Quoties uero ab aduentu Christi, sine forma latuit? Quoties ita & bellis, & seditionibus, & hæresibus uexata, ut nulla illius pars, ob oculos hominum poneretur? si igitur illis diebus, isti uita freti fuissent, an ullam ecclesiã superesse indicassent? sed Helyæ fuit dictum, septem hominum millia superesse, qui nondum genua flexerant ante Baal. Neque cuiquam, dubium esse debet, à diebus quibus in cœlum ascẽdit, cũ in terris semper regnasse: si in tantis procellis & fluctibus, fideles certa signa expetiissent, nonne animis funditus cecidissent.*

Columba.

Omnipotentis dei muneribus, Christique domini nostri donis, ac spiritussancti largitionibus destituta nunquam fuit Christi Ecclesia: Multominus Helyæ temporibus, extantibus septem milibus fidelium in Israel, ditionis Achab idololatræ. Porro, quot millia, in Iudæa & Hierusalem ciuitate sancta, sub regibus & sacerdotibus (non paucis) fidelibus extitisse tunc, nobis credenda sunt? Adhæc, & in orbe toto? Quid (quæso) Helyæ dixisset diuinum responsum, si sese solum, ex toto orbe fidelem domino relictum, questus fuisset? Et solum, relictũ ex omni Israel quærebatur, & increpatus est à domino dicen-
3.Reg.19 te, Reliqui mihi septem millia virorũ in Israel, qui non curuauerunt genua sua ante Baal. Et noctuæ queruntur (impune suo arbitratu) orbem vniuer-

vniuerſum, præter ſeipſas, à vera & orthodoxa fide excidiſſe,ab Apoſtolorum tẽporibus:Quippe producere,adhuc potuerũt neminem, earum impietatis ſectatorem:O certè abominãdam temeritudinem, vehementiq́ue ſuggillandam reprehenſione : Dic (mendax) quando,& quibus bellorum oppreſsionibus, aut perturbationibus ſeditionum,aut certè hæreticorum moliminib⁹, ſupradictæ , iam numinis beneficentiæ, expers fuit, Chriſtiana & Romana eccleſia? Quando Chriſtiana pietate,& virtutib⁹ verè diuinis,amplius floruit, quàm inter calamitatum iſtiuſmodi preſſuras? Sanè inter eas, inexpugnabilis, & victorioſa triumphauit, adeo, deo ipſi,& Chriſto eius, curæ fuit. Quæ autẽ ſecta, inuicta permanſit vnquam?Sed nec tua(antiquitate carens) ad finem vſq; ſæculi (ſpero) permanebit.Eccleſia,itaqueRomana(velis nolis)eccleſia eſt Chriſti,quẽ regnauiſſe,regnaturum quoque eſſe, fruſtra hic probare niteris, quod ab omnibus fidelibus receptiſsimum eſt:At (tuo more) vagaris, obiectis ſatisfacere non valens.

Serpens.

Solerter (iam belle erudita) explodis Culinæ inſolentiam:Sed grandis ſupereſt,eorũ aggregatio,quę producit Culina, pro Synagogæ noctuarum defenſione,aduerſus Romanam eccleſiam: proinde acceleremus.

Culina, hyd. Struth.

Atque reipſa,nefandum ſcelus eſſe,diuus Hylarius arbitrabatur,homines ſuorum temporum honoribus,quos ſuis Epiſcopis deferrent excæcatos,nihil malorum,quæ ſub hu

iusmodi laruis, aliquãdo laterent, cogitare: Nam sic reffert: Vobis ab Antichristo cauẽdum prædico: Parietibus nimiũ incumbitis & immoramini, in tectis magnificis, & ædificiis superbis, diuinam ecclesiam peruestigantes, ac sacram fidelium unionem, ibi contineri credentes: Quis ibi Antichristi castra esse figenda dubitat? Montes, nemora, uincula, carceres & heremi, sunt mihi multo tutiora, atque certiora: Ibi enim prophetæ latentes, oracula reddiderunt.

Cõtra Auxentium.

Columba.

Deus bone, quanto studio legit Culina, quicquid ex sanctorum doctorum voluminibus, suæ impietati fauere visum est, mortiferos incautis, calseis prætendens, cunctaque araneorum more, in venenum conuertens: Quis iam toties in citandis sanctorum hominum dictis, mentienti Culinæ, nunc fidem habiturus est? Nec tamen supranarratis, de Romana ecclesia, quouis pacto aduersantur, sanctissimi simul & doctissimi, nec non Romanæ ecclesiæ charissimi pignoris Hylarij verba, etiam si eorũ author extiterit: Quippe ab hæreticis (Culinæ similibus) cauendũ docet: quos, post sacrum simmystam, Antichristos appellat.

serpens.

Episcopos propè vniuersos, Hylarij temporibus, Arrianos fuisse commemorant: Sequere.

Columba.

Docet (præterea) constituendam non esse in rerũ externarum decore, ecclesiam Christi, neque fidelium vnionem, cui doctrinæ, nos assentiri, ex dictis est manifestũ: Quod si rudes quosdam, in rebus istiusmodi superstitiosos, extitisse, aut

aut extare contigerit, increpãdos censeo: Potius tamen erudiẽdos (quod perfacilè est) quam externum domus dei decorem vniuersum abolendum. Probare autem, quum nititur (Sancti Hylarij paræneſi) honorem (ab inferioribus) adimendum. Episcopis (quos quantumuis orthodoxos, pióſque, laruas, furibunda appellat, quasi mente alienata) Sancti Antistitis verba prodit, quæ de externo sacrarum ædium ornatu tãtummodo, non de episcopis meminerunt: At hic noctuarum omnium mos semper fuit: Dum enim ad obiecta catholicorum epicheremata respondere non possunt, omni quo valent verborum fuco, & allegationum impertinentia, lubricorum anguiculorum instar, elabi conantur, incautos tamen non paucos fallunt.

serpens.

Strenue concidis hostem: Sequamur audituri, quam impudenter rursus debacchatur, in Christi ecclesiæ Antistites.

Culina. Hyd. struthio

Agedum. Quid est, quod homines in istis Cornigeris episcopis, colant & uenerentur? Nisi quod eos reliquis præstare sentiant, qui amplioribus urbibus præsunt. Hæc itaque opinio stulta tollatur: Immo domino hoc cõcedamus, qui quum suos solus nouerit. Aliquando quoque ecclesiæ suæ externam cognitionem, ab oculis hominum abducat. Nõ equidẽ inficior, atrocissimam esse in terris ultionem diuinam: sed si hominum iniquitas sic merita est, quur diuinæ iustitiæ, repugnare tentamus?

columba.

Atrocibus iniuriis refertissima Culina, falli-

tur, si non mentitur: Romanum pontificem, Petri Apostolorum principis, sine cõtrouersia successorem, proinde supremum totius militantis Ecclesiæ (sub Christo) pastorem, agnoscimus, non quòd Romæ (quæ caput orbis dicta est) sed quod in cathedra Petri (quã Romæ esse voluit) sedeat. Cæteros autem episcopos, in suis administrationibus, aut diœcesibus gubernatores, & pastores, vbicunque sedes habeãt, fatemur: Nec subdubitamus, solum dominum esse, suorũ electorum cognitorem, quod cum Culinam non lateat (hoc siquidem inter tot impertinentia producit) admiranda sanè eius stoliditas, quæ suam, noctuarúmque omnium electionem, agnoscit nedum, verum & certissimam sese esse, cæterásque noctuas iactitat: Si enĩ de æterna salute secura est, de electione quoq; secura est, ac sic deo similis, super omnẽ eleuata creaturam (agnoscẽs quæ solus deus agnoscit) vno, eodémque sedet in throno Culina, indubiè Luciferi superbiam imitata: Caussatur (pręterea) hinc, deo cõcedendum esse, auferri nonnunquam ab eo posse, externam Ecclesiæ suæ cognitionem, quod & fecisse aliquando tradit, vltionem horribilem impietatis hominum (inquit) Quid (quęso) non potest deus si velit? At hoc fecisse deum, aut facturum esse pernegamus, tametsi in multorum scelerum vindictam permiserit, haud exiguã Christiani orbis iuuentutã fascinari, noctuarum stridoribus, quod lachrymabiliter querimus, nihil
Matth. 5. aduersus diuinam iustitiã moliẽtes: Beati quippe qui lugent. Nihil pertinens (reor) posthac, de

hac

hacre, è celario deprompturа est Culina. Celerius itaque absoluamus.

Culina. hyd. struth.

Ante hac dominus, ingratorum hominum scelere compulsus, iisdem suppliciis, sæcula nonnulla mulctauit: Nam quod ueritati parere noluissent, ac eius lumen obtenebrassent, excæcatas illorum mentes, ineptissimis nugis decipi, atque altissimis caliginibus submergi, passus est: Adeo, ut nullis, Ecclesia uera, manifesta foret: Interea tamen suis, ita affuit, ut eos in mediis errorum fluctibus, quamlibet diffusos & dispersos liberarit: Neque mirum, Nam à Babylonis turbis, & tumultu, atque fornacis ardentis flamma, protexit.

serpens.

Hæreticos omneis, gentilium quoque in oculis suis sapientes, tradidit deus in reprobum sensum, & in passiones ignominiæ, inque desideria cordis eorum in immundiciam, vt contumeliis afficiant corpora sua, quod cum deum cognouissent, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerũt, sed euanuerũt in cogitationib⁹ suis, &c. Destitutam autẽ proprio decore Ecclesiam aliquando, iterum atque iterum inficiamur. *Roma. 1.*

Columba.

Propositæ obiectioni satisfacere non valens Culina, impertinentia innumera effutire nõ erubescit, minuentibus errorum, flagitiorumq; omnium tenebris, & nocte atra, pudorem: At inter densissimas illas tenebras, & in Babyloniæ Strigum medio, quantumuis ira & rabie exagitentur, solicite ac diligenter electos suos, conseruabit deus: Inter noctuas nẽpe, pios permul-

tos esse, tãetsi occultos, haud dubito: Sequamur.

Culina, hyd. struth.

Quod uero Ecclesiam statuant, nescio qua inani pompa metiendam, ne forte Asiano more redundam, quantũ inde periculi oriretur, obiter attingam.

Columba.

Impudenter nobis tribuit, quod nostrum neminem, mente aliquando concepisse, ex prænarratis manifestum est: Sed audiamus, quę gloriabũda pollicetur sese obiter, sermonis vitata prolixitate, tractaturam.

serpens.

Audi non minus ineptum, quàm verbosum eius compendium, quo mirum in modum effertur, & quasi victoriosa, canit triumphum, nostris (quos suo more aduersarios appellat) insultans:

Culina, hyd. struth.

Pontifex Romanus (inquiunt) qui Apostolicæ sedi præsidet, ac episcopi cæteri, nobis ecclesiam referunt, atque pro
Exod. 32 *ea habendi sunt, nec proinde labi possunt. Quur? Quia (aiunt) ecclesiæ pastores, atque deo deuoti sunt: Aaron & populi Israelitici duces, duces erãt & pastores: Aaron, & eius filii, iam dei sacerdotes electi erant, quũ iidem, uitulũ illum conflantes, uitium perpetrarunt: Quur ecclesiæ ima*
3. Re. 22. *ginem, quadringenti prophetæ, qui Achab imponebant, non retulissent? sed ecclesiæ partes. Micheas & solus, & abiectus tenebat: cuiusque ex lingua, ueritatis fluebat ora*
Hiere. 18 *tio: Prophetæ, qui in Hieremiam insurgebant legem sacerdotibus, consilium prudentibus, uerbum prophetis nõ defuturum gloriantes, nonne ecclesiæ nomẽ ferebant? In his totius multitudinis uentos, Hieremias mittitur. Sacerdotibus*

bus, legis ruinam, & prudentibus consilii, & prophetis doctrinæ priuationem renunciaturus: Non idem ecclesiæ fucus, consilio & Sinagogæ sacerdotum, Christo mortem molientium, relucebat? Valeant nūc aduersarii nostri, & laruis apertis insistant, quo Christum & omnes prophetae, factiosos faciant: ministros, autem sathanæ membra spiritussancti. Ioan.11.

Columba.

Horum nos examen remorabitur: Quæ, qualísque est Christi ecclesia, ex superioribus constat. Porro ecclesiæ insigniri nomenclatura ecclesię ministros, doctricę veritate haud nescim⁹, quos qui nō audierit, erit cæteris tanquā ethnicis & publicanus. Ministris autē istiusmodi, pro fidei & morum negotiis, legitimè & in Christi nomine congregatis (quemadmodum in consiliis generalibus fieri consueuit) errare (in eisdē) non contingit: Quippe eorum medius Christus Matt.18. residet, eiusque spiritus, quo fit, vt de omni re quamcunque petierint à patre, illis fiat. Alioqui impeccabiles non sunt, cuius oppositum nos credere, aut intellexit Culina, aut certè finxit, quod verius est: Si impeccabiles nō sunt, multominus veteris legis flamines, ex quorum tamē delictis argumentatur, totius ecclesiæ Christianæ præsules, pro fidei & morum negociis legitime congregatos, Christo eiusq; spiritu destitui sic posse, vt in eisdem errare valeant. Pulchra (sanè) exercitatissimæ in dialectica Culinæ, argumentatio: Obiectis scripturarum locis satisfacere cura.

Serpens.

Raro non ſubdole,ſcripturarũ aduerſum nos teſtimonia producit,calida Strix:Nam quo eius ſit validior argumentatior Aaronem(Antiſtitem veteris legis ſupremum) non modo, verum & filios eius, vituli conflati reos, cum patre contendit,producítque,quum tamen ſolum Aaronẽ

Exod.32. tanti ſceleris inſimulent,ſacræ(Exodi & Deute-

Deute.9. ronomij)ſcripturæ:Sed eos tametſi vna cum patre peccaſſe metu perculſos fateamur, quid inde?Num tota Eccleſia,pro fide & moribus legitimè congregata,tunc errori obnoxia fuit? Vbi

Pſal.98. Moſes (Pſalte egregio teſte) ſacerdos & totius dux populi ? Vbi leuitæ, tanti expertes piaculi? Vbi indicta œcumenica Synodus?

Columba.

Non ex dialectica prodiit arte hoc argumenti genus, Sed ex Lernæa palude, & anguſtiſsima Struthiocameli latebra emerſit.

Serpens.

3.Re.22. Non minus ſtolide ſciſcitatur, Quur quadrin-

2.Parali. genti pſeudoprophetæ decipientes Achab, ec-

18. cleſiam non repræſentarent: Pſeudoprophetas eos cognouerũt,tam Achab,rex Iſrael,quam Ioſaphat rex Iuda:Quippe,quum mendacij ſpiritu acti,reſponſa darent,fallerentque Achab, Sciſcitatus eſt rex Iuda, an illic eſſet domini propheta quiſpiam,per quem dominum interrogarent:Et quum vnum remanſiſſe, Achab,reſponderet Micheam(quem tamen exoſum haberet) vtrunque regem intellexiſſe,pſeudo eſſe prophetas iſtiuſmodi,liquido conſtat.

Columba.

Verè

Verè artificioſa, Culinæ percunctatio: Vt neque hæretici, ita neque pſeudoprophetæ Chriſti eccleſiam repreſentare poſſunt. *Ironia.*

serpens.

Eam haud produxiſſe quadringentos quinquaginta prophetas Baal, quadringentos quoque lucorum prophetas, de menſa comedentes Iezabel quos interfecit Helyas propheta, demiror: Non enim propoſito minus conueniebant: Quod autem defendit, Micheam prophetam ſolum, de eccleſia tunc fuiſſe & contemptibilem, mentitur inſigniter, aut turpiter fallitur: Quippe eo tempore, erant Helyas & Helizeus vates ſanctiſsimi, vbicunque eſſent: Et ſeptem millia in Iſrael (diuino teſte oraculo) præter eos, qui Iudæam, cæteráſque nationes orbis incolebant. *3. Reg. 18* *3. Reg. 18* *3. Reg. 19 & 21.* *Rom. 11.* *4. Reg. 1. & 2.*

columba.

Vtinam tam turpiter lapſam, tamq́ue frequenter animaduerterent, qui verborum illius fuco falluntur, indubiè reſilirent.

Serpens.

Et ſi Hieremiæ aduerſarij, iactabundi gloriabantur dicentes, non peribit lex à ſacerdote, neque conſilium à ſapiente, nec ſermo à propheta, venite ergo cogitemus contra Hieremiam cogitationes, venite & percutiamus eum lingua, & non attédamus ad vniuerſos ſermones eius. Vbi adunata in dei nomine pro fide, iuſtitiáque, eccleſia? Quare neq; eccleſiam repreſentabant iniqui illi, dei zelo, conſilio, & ſermone deſtituti. *Hier. 18.*

Columba.

Impij illi conſpirabant aduerſus Hieremiam *Hiere. 1.*

prophetam in matris vtero ſanctificatum, ſacerdotemque: Verbum quoque dei, illius ore profuſum auerſabantur, proinde Eccleſiam repræſentare (qualeſcunque eſſent) non poterant:
Ioan.II. Nec ſcribæ & Phariſæi, aduerſus Chriſtum dominum cõſpirantes: Nec fieri poſſe negamus, vt multi põtifices, ſacerdotes, doctores, cũ religioſis (vt verbis tuis vtar) cõgregati in noĩe Satanæ, aduerſus iuſtitiã ferantur, At illos eccleſiã repreſentare, etiã ſi vniuerſi cõuenirent, quod cõtigit nuſquam, nec (reor) accidet, pernegamus: Porro œcumenica Synodus patrũ, in ſpiritu ſancto & Chriſti nomine, pro fide & iuſtitia, coeuntium, eccleſiã repreſentat, quamobrẽ aut iuſtitiæ, aut probatis moribus, aut fidei contrarium aliquid decernere, non nouit: Et hoc à te improbandum eſt: Sed tam cæca es, támque ſtolida, vt ex errore aduerſariorum, cum Hieremiæ, tum ſeruatoris noſtri, Pontificum & Phariſęorum, argumenteris, concludáſque, eccleſiam vniuerſalem, generali Synodo repreſentatam, in fide & bonis moribus, ſecus quam verè, probéque definire poſſe. Quis vel hebes, hanc tuam argumentationem probabit? Et tamen, quaſi noſtrorum aciem (adhuc illæſam prorſus) iam profligaſſes, intercinis verboſa triumphum, & ſacerdotes quoſcunque, Satanæ organa, contumelioſa appellas: Quod ſi nos criminaris defendentes, in generali, & legitima Synodo, legem, conſilium, & verbum dei eſſe, permanſuraque perpetuo, quãto magis culpandæ Striges, id ſibi tam temere, tantáque contentione arrogantes. *serpens.*

Hoſtis.

Hostis argutias potenter dissoluisti, nihilque adiiciendum existimo, quam palam ostendere Culinam vbique mendacem: Quippe Hieremiã dixisse ex ore domini, legem à Sacerdote perituram, consiliũmq; à sapiente, & sermonem à propheta, scriptura nusquam narrat, quãquam Ezechiel hoc ipsum deo imperãte prædixerit, cuius tamen oppositum audacter affirmat Culina: Nec meminit locus ab ea citatus prophetas, ea verba dixisse, vt nugatur: Sequamur cætera calumniatricis Culinæ, in Romanã ecclesiam maledicta.

culina. hyd. struthio.

Præterea, si serio uerba faciãt, mihi uerè ex animo dicãt quibus in partibus, aut gentibus, ecclesiam florere arbitrentur, à tempore, quo consilii Basilien. decreto, Eugenius Romanus Pontifex, officio priuatus est, & Amedeus surrogatus: Etiam si illis dolore frangendum esset, inficiari non poterunt, synodum externis cæremoniis, iustam & æquã fuisse: Neque unius tantum consensu, sed etiam duorum pontificum statutam: Ibi Eugenius, tanquam factiosus, ferox: & contumax, cum omni Cardinalium & episcoporum turba, qui consilii ruinam moliti erant, reprobatus est. Postea tamen, principum suffragiis adiutus, pristini pontificii compos, effectus est: Amedei uero electio, sacra synodo facta, & confirmata, prorsus irrita, & in nihilum conuersa est: Præter pilleum Cardinaliceum, quo Amedeus quasi latrans canis panis offula, sedatur, & reconciliatus obmutuit. Ab istis hæreticis, ferocibus, & pertinacibus, omnes pontifices, Cardinales, Episcopi, Abbates, & presbyteri, ab illis creati prodierunt: Eos, hoc aditu irretiri, necesse est. Vtri enim partium, nomen ecclesiæ deferent? Consilium uniuersum fuisse negabunt, cui nihil deerat ad ex-

ternam authoritatem? Non sine solennitate, duobus diplomatis designatum fuisset, & legato sanctæ sedis Apostolicæ dicatum, qui eidem, omnibus externis pompis, apprimè instructus præfuit, atque eodē munere fungi non desiit, donec uniuersa synodus consummaretur. Eugenium, cum omni factione, à qua consecrati fuerant, seditiosum concedēt? Oportet igitur, aut aliter, ab illis ecclesiam definiri, aut singuli illi (eorū doctrina) à nobis schismatici habebūtur, qui ultro & re perspecta, ab hæreticis instituti fuerūt. Et quāuis antea, nunquam compertum usu fuisset, externis pompis ecclesiam minime astringi. Huius rei tamen præclarum exemplum relinqunt, cum sub ecclesiæ imagine & nomine, se populo formidandos insolenter præbuerunt, quū tamen, exitiosissimæ pestes ecclesiæ essent: Eorum mores, atque flagitia execranda (quibus eorum uita redundat) omitto, quod se Pharisæos esse profiteantur, quorum uerba sint percipienda, uita uero contemnenda: sed si aliquātulum ocii (Princeps) ad nostra intelligenda conferre uis, eorum doctrinam qua pro ecclesia haberi expetunt eandem esse atrocem animarum equuleum & laniarium: Et ecclesiæ tedem, ruinam & iacturam, clarè cognosces.

Columba.

Ironia. Quam compendiosè promissum absoluit uerax Culina. Nec semel atque iterum tantummodo, sed & tertio recinit misera ante victoriam triumphum: Quæ qualisque & ex quibus cōstat ecclesia, supradictum est, tametsi solus dominus, nouerit qui per æternam prædestinationem, paterni futuri sunt regni cohæredes. Synodū (præterea) generalem, & legitimè congregatam, ecclesiæ (quam repræsentat) insigniri diximus nomenclatura, qua in sua episcopus quisque administratione

ministratione, etiam insignitur: Alioqui euocanda erit ad fratris pertinacis correctionem, vniuersalis Ecclesia, quod non admittit communis totius ecclesiæ praxis: Adhæc nec episcopos ipsos, sed nec Pontificem summum impeccabiles esse, At congregatos eos in spiritusancto pro fide & moribus, errare posse in illis, iterum atque iterum negauimus: Et multominus quam Culina: Quæ tamẽ vbique & in omnibus vt audiatur (aliorum quorumuis) cum doctorum hominum, tum generalium cõsiliorum, reiectis decretis, regem Christianissimũ extimulat, quasi sola errare nequeat, cæteri vero omnes, errori subiaceãt: O arrogantem, impudentem, & stolidam noctuam: Si ergo impeccabiles, nõ sunt priuati quique ecclesiæ præsules, nihil vetat episcopum vnum aut plures, immo Romanum pontificem fieri schismaticum, symoniacum, hæreticúmque: Nũquid propterea non erunt sacris initiati, qui manuum impositione eorum, antequam laberentur, sacris fuere mysteriis deputati? Nunquid Greci, aliarúmque nationum schismatici presbyteri, sacramẽta (modo alias requisita seruent) perficiunt? Nunquid lapsi, posteaquam ad vnionem redierunt, verè idonei erunt, sacramẽtorum ministri? At (tu dilecte) efflictim roganti germanæ edissere: quæ Basileę, in ea sacrosancta Synodo contigerunt, vt quanta sit Culinæ temeritas & stoliditas innotęscat.

serpens.

De multis accusatus, dominus Eugenius quartus, quòd citatus per Basilien. consilium, de im-

positis satisfacturus, comparere noluerit, in primis tanquam contumax ac rebellis, ab omni Pa-
sessio.31. patus administratione, in spiritualibus & tempo ralibus suspensus est, & talis declaratus, deuoluta administratione ad Synodum: Tandem dictũ dominum Eugenium, tanquam in aperta rebellione persistentem, Papatu (id est Romano põ-
sess.34. tificio) priuauit dicta Synodus, amotum depositum, & abiectum, decernendo, talémque pro-
sess.39.et nunciando: Cui facta electione, & habito electi
40. assensu, suffectus est Amedeus dux Sabaudiæ (qui Felix quintus dictus est) vir cęlebs à defuncta coniuge, & plurima virtute refertus: Porro quod parere noluerit dictus Eugenius Basilien. consilio, affirmans, contẽdénsque sibi ecõtrario ab vniuersali cõsilio obediendũ esse, ortum est schisma, quod ad mortẽ vsque Eugenij permansit, quibusdam Eugenio, cæteris Felici adhærẽtibus: Cúmque, in demortui Eugenij locum, suffectus esset, à parte Cardinalium Eugenio adhærẽte, Nicolaus (qui sextus dictus est) Felix, vnionis ecclesiasticæ percupidus, Nicolao cedere maluit, quàm tam diuturni schismatis pestẽ in maximum totius ecclesiæ dispẽdium, vltra in Christi misticum corpus oggrassari: Illíque (ea permoti ratione) cọnsensere, qui illum sequebantur vniuersi: & eo pacto, pax ecclesiæ reddita est: Pa-
sess.40. cis auidissimi, facinus præclarũ, criminatur Culina (nusquã nõ mordax) Quam nõ libenter, summi põtificij fasceis susceperit Amedeus, testãtur acta, Basiliẽ. cõsilij. Hinc elicito eũ, tãto facilius cessisse, quanto illibentius susceperat: Euanuit

autē eius electio, vt prima beati Clemētis institutio: Quippe eum ferunt à Petro institutum & delectum successorē, cessisse tamen sanctissimis viris Lino & Cleto, futura pericula præcauentem: Si huius sequutus est prouidentiam Amedeus (dei pacis amator) quid dignissimum commendatione virum criminaris Culina? Porro cardinalatu, donatū principē (prouectæ iam ætatis, temporalium contemptorem, solicitudinis sanctæ, continentiæ, pacísque ac sanctitatis cultorē & amatorem, & qui totius Basilien. consilij iudicio, summo sacerdotio dignus erat) nemo miretur: Absit autem, vt propterea cederet, alias non cessurus, vt cōtumeliosè nugatur, criminosa Culina: Hæc in Basilien. consilio, & mortuo Eugegesta sunt: Et quum per Martinum quintum institutum fuerit dictum Basilien. consiliū, Et per Eugenium quartum (tunc indubitatum pontificem) approbatum: Nec minus per Nicolaum sextum, legitimum, nec subdubito: Haud tamen temerè definio, quippe suo quid de hac re alij sentiant: Nunc perfacile inuestigare poteris, dolosam Culinæ solertiā, nodos quoque obiectionū dissoluere (suo tamē arbitratu indissolubiles) quibus (vt Strimachosis stupidísque moris est) gloriatur in mensum, quibusuis insultans, Strigibus exceptis: Sed nec mirum: Nēpe, Et Christo seruatori, & eius Apostolis sanctissimis, infanda blasphemiarum vulnera, iam olim irrogarunt, ad vomitum reuersæ noctuæ complures.

Columba.

Insolens deprehenderis Culina, stolidáque &

mendax, ex prænarratis actis istiusmodi : Quid (quæso) insolentius, quàm omnium Romanæ ecclesiæ pontificum, vitam omnẽ, moribus execrabilibus refertissimam, affirmare, Pharisæósque haud imitandos? Qui ecclesiæ prætextu, inquis, ecclesiæ pestes, quum sint, magno fastu, mundo timorem incusserunt non mediocrem: Quorum item doctrina, crudelis gehenna, animarúmque carnificina, ecclesiæ quoque incendium, ruina, & dissipatio est: Adhæc, quid arrogantius Culina, quę veritatis, probitatísque omnis, à sese æditas dissipationes (quas falso institutiones appellat) doctrinæ, consulum omnium, in Synodis generalibus, & legitimis, antehac in Christi nomine coadunatorum, pręponit? Quid autem impudentius, quàm virum religiosum, & nobilem principem (propter sapientiam, iustitiam, clemẽtiam, cæteràsque illius virtutes, à toto Basilien. consilio, in summum totius ecclesiæ pastorem electum) cani antea latranti, móxque panis frusto pacato, & mussitabundo conferre, quod vnionis ecclesiasticæ caussa, Nicolao cesserit? A quo & si Cardinaliceo galero honoratus est talis tantúsque, quid mirum? At improba hæresis, nemini quantumuis probo, vel principi pepercit vnquam, solis superstitibus exceptis, quibus (quod perraro detrahere audeat) blanda assentatur. Ingeniose subinde percunctatur, quorsum locatã affirmabimus, eius schismatis tẽpore ecclesiã, vel ex parte cõsilij (inquit) quod nec generale, nec legitimũ, negare poterũt, vel ex parte Eugenij & suorũ, quos schismaticos confiteri verebun-

Ironia.

verebuntnr, à quibus consecrati sunt. Artificiosum (sanè) argumentum, quo ad metam, certaminis, nos omneis pertrahendos rata, gloriabunda nostris insultat, iterum recinẽs (stolida) ante victoriam triumphum: Eo quoque argumento infert, necessario aliter definiendam à nostris, ecclesiæ formam: Dic tu, vbi ecclesia, quum variis diuturnísque antea schismatibus, aliquot sedis Apostolicæ vsurpatorum ambitio, Christi ouile perturbabat? Neque enim debita visibili forma carebat: Vbi eadem, aut nullo congregato consilio, aut certè dissoluto? Non nescire debueras ecclesiæ nomenclatura, permulta insigniri, qualísque est ecclesiæ forma visibilis. Si enim id tibi notum fuisset, non tantopere huc & illuc distracta vexareris: Et hac in parte, tantam polylogiã deuitasses, prætermisśísque tam futilibus argumentis, Christi verbis, & orthodoxorum sententiæ, aquieuisses. *polylogia multiloquium.*

serpens.

Iam iam experti sumus impudentiam, superbiam, Calophantiam, Sycophantiámque, ac stoliditatem, propria hæreticis semper fuisse: Nũc quoque experimur, eadem Culinæ iure hæreditario obuenisse: Cuius dilemma, quamquam belle absolueris, ingenioséque, de controuersia tamen Eugenij, & Consilij, hoc adduciendum putaui: Nihil adhuc definitum est (reor) aut receptum ab vniuersali ecclesia, vter alteri anteponendus, quibusdam theologiæ doctoribus pro pontifice contendentibus, Aliis pro consilio: Congruit tamen nostro proposito non ignorare, in *Calophãtia.*

cessione Felicis, schisma euanuisse, & schismaticos in vnionem rediisse, Approbatámque ab vniuersis, Nicolai electionem: Quod autem calumniatur de metus incussione, per Romanæ ecclesiæ præsules, Fateor aliquot illorum fastuosos, imperiosósque, esse potuisse: Absit autem vt omneis, tales extiterint, vt mētitur Culina: Nec furentium hæreticorum, aut rebellium quorūuis impetus, metu, censuráque reprimere, prohibuerunt scripturæ sacrosanctæ, quinimo districtè imperarūt, idq; executi sunt sancti Apostoli, eorumq; orthodoxi successores quique: Et tamē Culina, quū scelerum istiusmodi repressioni, nostri fortiter indulgēt, superbię ascribit, Nesciēs malos nedum, verum & bonos, ad malignādum nimia indulgentia inuitari. *columba.*

Ironia. Euanuerūt (dei munere) plurimum bellatricis noctuæ, violenti impetus: Aranearum (sanè) cassiculos, nobis opposuerat: Nūc audiamus, quam solerter satisfaciat, obiectioni postremę.

Culina. hyd. struth.

Denique summæ impietatis est, quod probro dent, quantum factionum, tumultuum, & seditionū, aliciat & producat nostræ doctrinæ explicatio, qualésque (non paucis) fructus pariat: Nam *horum malorum origo, merito satanæ peruersitati ascribenda, iniquissimè in illam transfertur.* Hoc *ferme diuino sermoni peculiare est, ut nusquam in lucem prodeat, quin satan expergiscatur, & impetum faciat:* Hoc *est certissimum signum, quo à falsis & nugis refertis institutionibus, seiungatur: quæ se facile manifestát, quod omnibus gratæ fiant.* His *artibus, annos quosdam, quibus ueritas erat inuoluta, homines pro arbitrio eludebat,*

bat, princeps huius mundi, ac tanquam sardanapalus quidem, ocio fretus, quietè oblectabatur: sed ubi cœleste iubar, è cœlo fulgens, omnes tenebras utcunque fugauit, ubi fortior, regnum illius inuasit, atque perturbauit, repente, à torpore & desidia excitatus, ad arma se contulit.

Columba.

Verè incredibilis, non expertis, præstigiosæ stoliditatis insensibilitas: Doctrice experientia didiscimus, quātum malorum omniū (prioribus sæculis inauditorum) agmen aduexerit, blanda (incautis) Strigum nostri æui pernicies: Adhæc, quam pernitiosa reipublicæ, tum ecclesiasticæ, tum ciuili, suadere moliantur, scelestissima Lutheri dogmata, supra audiuimus: Ob quæ tanta (vt dictum est) tempestas oborta est: Totis tamen viribus nititur, Culinæ stolidissima insensibilitas, oculorum, tum oculatissimi principis, tum omnium nostrum aciem, ita suis dolis præstringere, vt quæ meridiana sunt, luce clariora, non videamus: Imputanda ea omnia, Satanę contendis Culina, At tuę quoque doctrinæ, tribuenda censeo. Et multomagis tibi, similibúsque vlulis, quam Satanę. Quandoquidem, ipsi suggerenti, tantummodo non cogenti, aptissima ad fallendum organa, vltro vos ipsas exhibuistis. Proprium verbi dei, quoties prodit, oppugnari à Satana excitato, excitóque esse defendis, quod & fatemur: At impiissimum tuum dogma (nunc, aut primum, aut denuò ab inferis emergens) verbum dei esse contendis, niteris quoque suadere, hac ratione inani, quod scilicet, à nostris oppupugnatur: Nostrorum autem aduersantes leges,

aut feueritatẽ (quum in vos ob pertinaciam animaduertunt) Satanæ dicis oppugnationem: Dic (Stupida) Num hæreticorum omnium doctrina, vel libertinorum (quos oppugnasse te, ædito libello ferunt) verbũ dei erit, quod à nostris oppugnata est? Quis illorum non contendet eam verbum dei esse, ea tua ratione (si valida est) fultus, quod scilicet à nostris oppugnatur? Quis itẽ eorum, non tecum stolide tuebitur, ecclesiasticam, aut Ciuilem animaduersionem, Satanæ esse oppugnationem? Quippe verbo dei perperam intellecto, fulcitur cuiuslibet eorum doctrina, perinde ac tua: Nõ sunt Satanæ arma fideles, nec verbi dei oppugnatores (bone deus) quinimo hęresum omnísque impietatis, hostes infestissimi: Nihil aduersus verbum dei (pabulum animarum indeficiens salutiferúmque) moliuntur: Sed infideles & hæretici (arma peccati & Satanæ organa) in ipsum insurgunt: Haud ergo elicias, tuum dogma verbum dei esse, quod à fidelibus exploditur, at magis oppositum existimes, indéque educas, quod quibusuis mundo deditissimis perplaceat. Quippe tu ipsa affirmas, insigne verbi dei certissimum, quo à mendacis patris doctrinis, aut commẽtis discernatur, quod mundo deditis displiceat, quibus grata sunt adulterina Satanæ seminia: Hoc tametsi probatione indigeat minime, planè tamen demonstro: Quid (quæso) inimicis crucis Christi, ventris cultoribus, & qui toto pectore mundo obsequuntur suauius, quam omni iure abolẽda decernere, immo, ipso Christianæ libertatis iure, iam aboleta contendere,

dere,ieiuniorum decreta, ſacroſanctam auricularis cõfeſsionis ſanctionem,continentiæ (præterea)& votorum omnium religionem,& penitentiæ ſalutaris commonitiones. Timoris (adhæc) diuinorum iudiciorum comminationes, aliaque innumera optimæ vitæ inſtituta? Quid laxatis animis, remiſsis, mollibúſq;,gratius eſſe poteſt, quàm certiſsimam audire proferri ſententiam,de tollendis hominũ conſtitutionibus, de eccleſiaſticis gradibus, & magiſtratibus abrogandis,de operum noſtrorum omnimoda inanitate,de omittendis canonicis horis,de cæremoniis diuini cultus reiiciẽdis tanquam ſuperſtitioſis,déque certiſsima,infallibilíque,omniũ ad Chriſti fidem vacatorũ, ſalutis certitudine? Quid autem auaris principibus, aut ſumptuoſis ſupra modum, optabilius, quàm audire Eccleſiarum omnium patrimonia, ad fiſcum eſſe deuoluta? Et hæc omnia,multóque plura,ac deteriora, tua doctrina profitetur. Exequuntúrque tui pro viribus:Quid autem deum verè timentibus, amarius poterat accidere, quàm veſtros iſtiuſmodi ſtridores audire? Si tua doctrina,verbum dei eſſet,Euangeliúmq; ſalutis. Noſtra autem,Satanæ commentum,verbúmque interitus æterni, quam lata eſſet & facilis æternæ ſalutis via, quæ difficile nihil iubet, & perfacilia nuſquam non imperat, quamque multi eam facilimè inuenirent,& per eam graderentur.Et quã arcta & difficilis eſſet via, quæ ad perditionem ducit,quam pauci eam inuenirent:& quam pauciores(vt dictũ eſt)per illam graderẽtur?Quam

proinde, pauci interirent, & quam multo plures saluarentur? Non animaduertis (cæca Strix) quã mendacem facis ipsam veritatem, quæ, horum

Matt.7.

tam apertè, oppositum prædicat? Siccine ratiocinaris, tuam perniciem, verbi dei insigniri nomenclatura debere? O ingenij acumen, & subtilium argutiarum tuarum, strophas mirabiles. Si non experta essem tuam insensibilem stoliditatem, insensibiliorémque impudentiam, vix crederem te aliquando somniasse, quod hic prodis mẽdacissimum mendacium: Nostram, videlicet doctrinam, mundo deditis gratissimam esse, tuã autẽ eis duntaxat placere, qui calcato iã mundo, carnẽ suã crucifixerunt cũ vitiis & cõcupiscentiis, Siquidẽ oppositũ à deo manifestum est, vt nulla possit obduci tergiuersatione. Quid autẽ posthac, tot cõtendis argutiis, verum suadere (at frustra) quod tã apertè falsum est? *Serpens.*

Quàm inscitè, ænigma fortis armati in pace

Mastygia dignauer bere.

custodientis atrium suum, proposuerit (mastygia Culina) incautis suasura verbum dei esse suã doctiinam, quod oppugnetur audiamus: Si nocturarũ doctrina, aut (si mauis) atra caligo, verbũ dei est (quę tamen nunc primũ, vt dictũ est, è stygia palude in lucẽ prodit, aut certè denuò emergit). Nostra autẽ doctrina (quæ ab Apostolis, si ea æstimamus quæ nouo euãgelio propria sunt, sin reliqua, ab ipsius conditi mundi exordio, omni vi inuita permansit immobilis) verbum est tenebrarum, quod veritatem ipsam oppugnat, vniuersum in tenebris sepultũ mundum ab initio rerum omnium conditarum hucvsque, fuisse

ſe oportet. Satanam quoque atrium ſuum in pace hucvſq; cuſtodiuiſſe, neceſſe eſt (in tenebris quippe diuerſari gaudet). Proinde neq; à Chriſto fortiſsimo, neque Apoſtolorum indefeſſa opera, aut aliorum quorumuis, eliminatus eſt adhuc. Quod ſi nunc foras, per noctuarum dogmata verè propellitur, Verius Lutheri, noctuarúmque infelici ortu eiicitur, quam Chriſti ſeruatoris aduētu. Quandoquidem nec adhuc hoc potuit Chriſtus, nec potuerunt Apoſtoli, neque eorum ſucceſſores: Iuſsit (ſanè) Chriſtus, doceri omnes gentes, & baptizari, vt inuito Satana ſaluarentur, ac ſic de atrio eiiceretur Fortis ille armatus, ſuperueniente fortiore: Hoc pro viribus exequuti ſunt Apoſtoli, eorúmque ad hoc vſque ſæculum ſucceſſores, nec tamen adhuc pepulerūt (ſi verū dicit Culina) Nullo enim ab Apoſtolis ſæculo, recepta ſunt noctuarū dogmata: Hoc itaque Lutherus potuit, hócque noctuę poſſunt, quòd nec Chriſtus, nec Apoſtoli potuerunt: Luther igitur fortior ille eſt, Cuius viribus eiiciēdum mox fortem illum armatum dominus prædicabat, quum tamen nulla ſit ſuper terram po- *Iob.* 41.
teſtas, quæ Satanæ poteſtati valeat comparari: Adhæc, fortior eſt Lutherus Chriſto domino, eiúſque Apoſtolis, fortiores ſunt noctuæ, abigentes Satanam, & de atrio extrudentes, quòd nec Chriſtus neque Apoſtoli potuerunt vnquā. O improbitatem, ò ſtoliditatem: De Luthero itaque verba faciebat dominus, quum eiicien- *Luc.* 11.
dum fortem armatum prædicabat. Nec tamen verum dicebat veritas ipſa inquiens, nunc iudi- *Ioan.* 12.

cium est mundi, nunc princeps mundi huius eiicietur foras, quandoquidem, nec adhuc deturbatus est, nec de atrio deiectus, huius mundi princeps: Talia multóque plura ex eo teterrimæ Culinæ graueolenti fumo, elici possunt.

Columba.

Scite subtilitérque, strigum vesaniam, ænigmatis dominici obductam frutice, retexisti: Audiamus igitur sequentia, de proposito ænigmate verba Culinæ.

Culina, hyd. struth.

Et primum, humanas uires, ad ueritatem, adhuc emergẽtem, uehementius oppugnandam, solicitauit: Quibus, quũ nihil efficere potuit, se totum ad insidias traduxit: Quare suis catabaptistis & huiusmodi hominibus, ista sectarum genera, & opinionum contentiones induxit, ut ueritas caliginibus obtegeretur, & tandem funditus extingueretur: Nunc etiam, utroque ariete oppugnare perseuerat: Nam neruis ac manibus hominum, uerum hoc semen euellere conatur, & quantum in se situm est, lolio suo suffocare tentat, ne herbescentem uiriditatem eliciens, sensim adolescat, & quum emerserit tempestiua maturitate, fructum producat: sed omnes conatus eius & irritos uidebimus, si ad consilia iam olim à christo nobis suppeditata animum conuertamus, quo tegnis illius exploratis, facile laqueos declinaremus, atque in illius machinas stipationibus ualidis instrueremur.

Columba.

Liberè fatemur, Satanã omnes admouisse Machinas, admoturúmque, quãdiu præsens militat ecclesia, quo verbum dei diris suis venenis suffocet. At versutius nunquam, verbi dei perniciẽ machinatus

machinatus eſt,quam tuis,tuorúmque Stridoribus peſtiferis.Sed vani erunt,perinde ac fuerũt, aſſultus illius vniuerſi:At, vt nõ omnem, cuiuſuis dogmatis populationem, oppugnationẽve, conciuit Satanas,ſed veri tãtummodo verbi dei, nec nunc,oppugnationis,cuiuſuis dogmatis author eſt, at veri tantummodo: Alioqui Culina, Satana authore,Catabaptiſtas,aliiſque quos hęreticos cenſet, oppugnat: Porro quum Culinæ dogma,verũ dei verbum nõ ſit, nequaquã illud opprimere,ſed ad aſtra vſque(noctuarum molíminibus)euehere conatur Satanas: Atqui cum illius ſtudiis,tui quoque (ò Culina) euaneſcent conatus: Nec poteris vnquam,quibuſuis armata laruis, licet noxiis inferorum vmbris comitata,malíque genij roborata ſpiritu,aduerſus doctrinam noſtram,validiſsimum ſynceritatis verbi argumentum: Sequamur celerius, quod ſupereſt Culinæ næmiarum,iſtiuſmodi.

serpens.

Prælectis abundè ſatisfactum eſt percurrendis quoque,quæ tamen prorſus omittenda non ſunt,ne fortè de induſtria à nobis neglecta,querantur æmuli:Audi perſeuerantem.

Culina. hyd. struthio.

Cæterum,quanta ſceleris atrocitas eſt,diuinum uerbum odiis & ſeditionibus,(quæ fatui & cerebricoſi homines concitant)uel ſectis (quas impoſtores ſpargunt) onerare: Hoc tamẽ exemplum, neque nouum,neque inauditum eſt: Ab Helya querebatur, utrum eſſet, qui Iſraeliticum ſtatum peruerteret:Chriſtus à Iudæis, ſeditioſus habebatur: In Apoſtolos animaduertebatur,quaſi uulgus ad ſeditionẽ

commouissent: Quid porro nauant aliud, qui nobis, turbas tumultus, & seditiones, in nos (dieti grassantes) ascribũt? He'yas profecto, responsum hic assumẽdũ, satis nos docuit: A nobis ista seditionum fundamenta iacta non esse, sed ab ipsis, qui diuinæ uirtuti resistere moliuntur: sed quemadmodum, hoc solum argumentum, & eorum audaciæ minuendæ, & restinguendæ, satisfacit. sic & imbecilitati nonnullorum, qui his scrupulis plerũque stupent, & stupefacti titubant, est occurrẽdũ. His itaque, ne frangendorum animorum, & abiiciendorum, ulla detur occasio, uenire in mentem debet, easdem Apostolis, suis tẽporibus ærumnas, contigisse, quas nostris, magno dolore, sentimus.

Columba.

Subsistæ (obtestor) & hæc pertinacissimæ, incredibilísque impudẽtiæ tuæ verba (quæ te intercipere me compellunt) libremus: Vbique tuũ dogma verbum dei, quum nihil minus sit, appellas. Nostros (præterea) quos fatuorũ, excerebratorúmque non dedignaris nomenclatura, aduersus verbum dei, odia, seditionésque commouisse. Illos (adhæc) odij, & seditionum istiusmodi caussam, verbo dei perperam tribuisse: omnium insuper hæresum, quæ ab impostoribus dissemi- nantur: Calumniatrix, prædictorum culpam, verbo dei minime damus, sed verbo tuo illam ascribimus, experientia impellente: Porro quantum à verbo dei distat verbum tuum, vniuersæque cæterarum Strigum affaniæ, iam millies audiuimus. Nec in verbum dei odia, aut seditiones cõciuere vnquam nostri (vt falso impingis) sed in impiissima dogmata vestra, tãtummodo: Quod autem (æqui, boniquе consulentes) in vos, perin

de ac ſeditionarios, hæreticos, rebelles, ac pertinaces, acrius ſæuierunt (ne latius ſaltem, veſtræ impietatis ſerperet contagium) prudenter fecerunt: Neque arma, carceres, vincula, ignes, Chriſtianis magiſtratib⁹ furor miniſtrauit (vt nugãtur nonnulli) Sed domus dei ardens zelus, quo haud mediocriter (& merito quidem) accẽduntur, vulpeculis, domini exercituum vineam, pro viribus demolientibus, aut certè dogmate pernicioſo annitentibus, domus dei fundamenta euertere. Arma futuris quibuſuis hæreticis, quibus ſeſe propriámque impietatẽ tueantur, tanto verborum lenocinio, miſera paraſti, tantáque procacitate defendens tuam inſcitiam, nunc verbum dei, nunc virtutem dei eſſe. Noſtros inſuper (quod tuis impoſturis refragãtur) verbo dei, eiúſque inuictæ virtuti aduerſari: Nunquid eadẽ poſthac, dicturi ſunt, à te edocendi hæretici omnes? Non aliter (ſanè) quam tu (peſsimis edocta priſcorum refractariorum vaframẽtis) & popriã hæreſim impudentius efferent, & in orthodoxos rabidius debaccabuntur: At vt nec priſci illi refractari, impoſtoréſque, de propria inſania potuerunt vnquam, verè aſſeuerare, quæ noſtræ doctrinæ (ac proinde ſanæ) congruere ex præſtructis conſtat, ita nec tu, nec ſequaces tui hoc poteritis vnquam: Quapropter, te ſtolidã, cæcámque eſſe oportet, quæ iterum, atque iterum, recinis tanquam victorioſa triumphum, Noſtríſque, tãquã apertè profligatis inſultãs, occinis (calumniatrix) inquiens. Sola hæc ratio, eorum ſufficienter temeritudinem retundit: Dictum Helyæ præſti-

ſtituerat (dilecte) tui erit officij rem ipſam tunc geſtam enarrare.

serpens.

Narrat ſacra Regum hiſtoria: Quod quum om-
3.Re.17. nis penè Iſrael, Baal (numinis ſpurciſsimi ſimu-
lachrum) cū Achab rege impio, pro deo cœli co
leret, ſequeretúrque, vero deo, patriiſque legi-
Luce.4. bus deſertis: Cœlum (Helya propheta tanti hu-
Iacob.5. mili precatione, vindice piaculi) clauſum eſt an-
nis tribus, & menſibilibus ſex, incredulis pernegans, impiis, ingratíſque ſeruis, opportuna corporum alimēta. Nempe ſubiungitur: Et facta eſt fames magna in omni terra: Quumq́ue eo tēporum elapſo curriculo, dignaretur immenſa dei bonitas, terræ (ad preces Helyæ) imbrium dare agmina, quo antea ſterilis, ferax effecta, fructum terrigenis produceret, primo apparuit Abdiæ diſpentori regio Helyas, veniēs è Sarepta Sidiniorum, quo vitandæ inediæ gratia, ſeſe receperat: Dein Achab Iſrael regi impio: Prophetam non obiurgauit Abdias, quod timeret dominum valde, Sed Achab ſceleratiſsimus: Qui quum Helyæ exprobaret, quod conturbaret Iſrael reſpōdit: Non turbaui ego Iſrael, ſed tu & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata domini, & ſecuti eſtis Baalim. Præterea, Chriſtum quem ſimulac introducit, Apoſtolos quoque (quib9 obſequioſiſsimi nunquam non extiterunt, orthodoxi, & dociles quique) ſeditionis inſimularunt, increduli Iudæi: Nunc diſpicere potes, ſi hæc Culinæ, cæteríſque noctuis, patrocinentur.

Columba.

Næ,

Næ,nihil minus:Alioqui facinorosis quibuslibet, & reipublicæ, aut ciuilis, aut ecclesiasticæ perturbatoribus, patrocinabuntur:Quippe quibuscũq; obiecturis alterutri⁹, aut certè vtriusq; reipublicę perturbationem,cum Culina(non cũ Helya)respondere poterunt(illius sequuti vafra mentum simul & stultitiam) haud sese, sed suorum dogmatum aut scelerum,osores,vindicesq; reipublicę esse perturbatores:Quam improuidè quamque insciтè,ex scipturis sese tueri arbitratur : Animaduertat cæca, quanta est suiipsius ad prophetam diaphora,vt hinc agnoscat planè,suę caussæ minime patrocinari,'verba illius:Helyas sanctissimus dei propheta, nihil deo, aut bonis moribus contrarium, aut dictabat, aut docebat. Neminem probum insectabatur, At impios & idololatras obiurgabat, propter quod ab impiis (non ab orthodoxis)suggillatur:Tu autẽ(ò Culina)deo,sanctis omnibus,eorúmque miraculis, vniuersali ecclesiæ,Christi sacramentis,sanæ doctrinæ,commendatissimis tum moribus,tum votis, tum cæremoniis, probatissimísque ac sanctissimus quibusque ecclesiæ doctoribus,furiosa detrahis,vniuersos (adhæc)præter consortes, magno fastu cõtẽnis,reiicísque:Non tibi Achab quispiam, ecclesiasticæ perturbationis crimen obiectat:at Helyas nec minus Abdias,cæteríque orthodoxi, teipsam eiusdémque conditionis nostuas, tantorum malorum parentes vociferãtur, & merito quidem,execrantúrque,necnon monstrosos earundem partus : Achab blandiebantur pseudo Iesabellis prophetæ, & effusius,falsóque

laudabant eum,& oblectatus assentatione, blandientium agmina,sibi conciliabat, & tu consortes(quod tibi applaudunt)summopere commendas:Et quemadmodum impius Achab,pseudóq; prophetæ,Helyã Israeliticæ perturbationis authorem emẽtiri,nihil verebãtur: Ita & tu,tuíq;, nostros impudenter insimulas malorũ, quæ vobis coorta sunt,antea nusquam.Nec certè aliter, persidi Christum dominum, aut eius apostolos, tanquam seditionis popularis authores calumniabantur:Quid tibi cum Christo aut eius apostolis,vt teipsam illis(Helyæ non modo)merito conferas?Quid vnquam à Christo,aut eius apostolis gestum est,tuæ insaniæ simile?Quod passi sunt illi,& ab impiis,próque fide,aut iustitia,tolerarunt:Tu autẽ cæteræque striges,pro impietate,aliisque sceleribus,in Christianissimo Frãcorum imperio pœnas dedistis.Quamobrẽ, neque Helyę,Christo aut Apostolis,iustè comparamini:Sed Achab impio regi, pseudóque (sceleratissimæ reginæ)prophetis:Sequamur si videtur,nam prædictis factum satis existimio.

serpens.

Plus satis fecisti(deo amabilis soror)audiam° igitur.

Culina. hyd. struthio.

2.Pet.3. *Erant tum, & leues, & insipientes,qui ad suum scelus (ut diui Petri uerbis utar)scripta Pauli peruertebũt: Erãt*
Roma.6. *dei contemptores, qui quum peccatum abundasse,ut super abundaret gratia acciperent. Manebimus igitur in peccatis(dicebant) ut gratia abundet:Quum fideles sub lege nõ esse,sed sub gratia percipiebãt. Peccabimus igitur(aiebãt)*

quia

quia non sub lege, sed sub gratia sumus: Non deerat quoque, *qui malorum suasorem, illum nuncupabant:* Quidam *pseudopropheta, quas ille extruxerat ecclesias, diruere & disturbare conabantur:* Quidam, Euangelium *maleuolentia, & altercatione, non purè & integrè, sed malitiosè, & nefariè, renunciabant, ut cum uinculis astrictum, molestiis lacesserent:* Quibusdam *in locis, euangelium non admodum adolescebat:* Quisque *ad suas, non ad ea quæ* Christi *erant res, animum applicabat:* Quidam *retrocedebant, quasi canes ad uomitum redeuntes, & sues ad lutum.* Plurimi *spiritus libertatem, in carnis licentiam trāsferebant.* Plerique *falsi fratres, se in ecclesiam insinuabant, unde grauissima pericula fidelibus imminebant:* Immo *inter fratres, Altercationes uariæ exoriebantur.* Quid *erat apostolis tum, facto opus?* An *illis euangelium aliquandiu dissimulandum erat?* An *prorsus deserendum, & tempori cedendum, quod tanquam tot contentionum fontem, tot periculorum argumentum, tot scandalorum occasionē esse cernebant?* Sed *tantis laborum procellis uexati, memoria tenebant,* Christum *offensionis lapidem, & offensionis Petram in multorum & ruinam & resurrectionem esse, & signum cui contradiceretur:* Qua *fiducia muniti & tanquam mœnibus scepti, mediis periculis, turbis, & scandalis, animo magno procedebant.* His *cogitationibus, dolore leuari & spe confirmari debemus, quum diui* Pauli *testimonio sit compertum, hoc euāgelii, perpetuum tegmirium esse, ut mortem, in eorum qui pereunt mortem suboleat, quum potius sit statutum, ut uitam in eorum uitam, qui dei pietate regno cœlesti fœturi sunt præsignet.*

Philip.1. Philip.2. 2.petr.2. 2.cor.11. Esaiæ.28 Roma.9. Luca.2. 1.petri.2. 2.corin.2

Columba.

Tuum erit (dilecte) productos è scripturis sanctis locos discutere. 2.Pet.[illegible]

Serpens.

Culinam cum omnibus hæreticis,loco priore
2.Pet.3. taxat(indubiè)diuus Petrus:Quippe & indocti
ſunt,& inſtabiles,ſcripturas ad ſuam ipſorũ perditionem corrumpentes, tametſi doctos ſeſe arbitrentur, rectéque ac verè ſcripturarum obſcura quæque interpretari: Porro quemadmodũ priſci hæretici,Satanæ geminem, multo etiã antequam Culina naſceretur,fideles cunctos faſtidiebant,ſe ſolos filios dei,eccleſiamq́ue (corpus Chriſti)prædicantes,adhæc habere ſeſe verbum dei, veram quoque ſcripturarum intelligẽtiam. Ita & Culina à genitoribus haud degenerãs,ſcripturas ſacras noſtros omneis perperam intellexiſſe nedum, verum & corrupiſſe contendit,indoctóſque ac inſtabiles fuiſſe, quos tamen doctiſsimos,ac tanquam eccleſię columnas firmiſſimos fuiſſe conſtat,Culinam autem,tantę incõſtantiæ,vt proborum parentum fide deſerta, hæreſim omnium periculoſiſsimam, toto pectore ſequeretur,ingentíque animi pertinacia defenderet.Ea ſunt(dilecta ſoror)communia omnium hæreticorum commenta,puta fidelibus tribuere quæ illis propria ſunt,& quæ fidelium ſunt tanquam propria ſibi vendicare: At vt nec priſcis, habita eſt fides, nec Culinæ habenda, eadem iactanti, aut obiicienti:Scimus fuiſſe innumeros, qui ſcripturas perperam interpretarentur, eſſe quoque tales,& multos nimium experimur, futuros quoque, non dubitamus: Fuerunt (aiebat
2.Pet.2. prior illa Chriſti eccleſiæ columna) & pſeudo prophetę in populo ſicut & ĩ vobis erũt magiſtri mendaces,

mẽdaces, qui introducẽt ſectas perditionis &c. At ſcripturarum locos, illis omni iure obiiciendos, fidelibus (vt hic Culina) nunquam non opposuerũt cacologi illi, neque aliter futurum eſt, aliquando: Extitiſſe (præterea) qui præceptoris ſanctiſsimi, doctrinam auerſati obiectarent, manendum eſſe in peccato, vt gratia abundaret, nõ ignoramus.

Item peccãdum eſſe quod ſub lege non eſſent, ſed ſub gratia, quique exequerentur omnia, quæ Culina tam impertinente, & ad oſtentationem, non minus, quàm ad circumuentionem inconſtantium, elaborata polylogia exprimit. At illi omnes, hæretici fuere, & impij: Quid tũ poſtea? Num ſequitur impudentem ſtolidámque nocturnarum caliginem, tantorum non eſſe malorum (quæ plorando lamentatur ſacra Aquila) originem?

Columba.

Si talia catholicis oppoſuiſſet Arrius, nõ propterea ſequebatur eum non eſſe, inauditæ (antea) ſeditionis authorem. Igitur orthodoxis, eadem obiectarunt vniuerſi præcedentium ſæculorum hæretici. Et eadem (reor) obiecturi ſunt, quos in Culinæ, cæterarumq́ue Strigum locum, ſubrogabit Satanas: At vt prioribus illis erronibus, minime patrocinantur obiectiones productæ, neque futuris, neque præſentibus errabundis, patrocinabuntur vnquam: Tandem decernit, non aliter tuendã ſuam hæreſim, quàm Chriſti euangelium, tutati ſunt Apoſtoli, eam contẽdens verum eſſe Chriſti Euangelium, proinde

odorem mortis in mortem, is qui pereunt. Ad hæc, odorem vitæ in vitam, is qui salui fiunt, proprium illi esse perpetuo: Haud secus hæretici omnes, propriam exaltarunt impietatem.

Serpen'.

Esa.28. At longe aliter, offensionis lapis incredulis,
Rom.9. extitit Christus, aut pereuntibus, odor mortis
1.Pet.2. Apostoli fuere, & aliter tot impietatibus animarumque iacturis, Strigum susurri & dogma-
2.Cor.2. ta, initia fuere & origines. Næ, increduli propria culpa (non Christi) in Christum impingebant, propter quod nō nisi iustè à Christo (in eos in-
Matt.21. star saxi durissimi cadente) conteruntur: Perituri quoque, ex verbis Apostoli, non aliter quàm Culina, sumpta occasione (non data) à vero rectóque deflectebāt. Sed propria noctuarum culpa, tot calamitatibus, tantæ in ecclesia scissuræ, tótque cladibus animarum, caussam dedit, non minus quàm Arrij impietas prænarratæ seditioni, innumerorum flagitiorum scatebræ: Ne ergo Euangelio, propriam conferat impietatem Culina, perperam affirmans, non aliter suę doctrinę quàm Christi euangelio accidere, quod multorum malorum sit occasio: Aliud nempe est, mali occasionem ex bono accipere. Aliud vero, mali occasionem dare: Interituri ex bono euangelio,
Rom.1. mali occasionem sumunt, quod tamen credentibus virtus dei est, in salutem. Porro noctuarum dogmata, morituris toxicum ministrant, perinde ac aliæ hæreses, & earū stridores, suapte sunt natura seditionarij. Hoc autem occasionum discrimen,

ſcrimen, tradit Apoſtolus, ſcribēs aduerſus eos, qui ex illius dictis, legem peccatum eſſe inferebant. Aut bonum, mortis occaſionem: quorum errorem cum ſupranarratis, aſtu (reor) non produxit Culina, ne diſcrimen animaduertendi, occaſionē nobis daret: At minime nos fugit, quod inter theologię ſtudioſos, tam commune eſt, paſſimq́ue reſonat illud, de ſcandalo accepto & de ſcandalo dato. Romp.7.

Columba.

Hydram, nunquam non comitatur Struthiocamelus: Si acquieſcis, quod ſupereſt, tam mendacis epiſtolæ, celerius percurremus: Quippe tam indignis tragœdiis fatigata, pertæſa ſum. Rom.7.

Serpens.

Tuo plurimum rationabili deſyderio ſatisfacere cupientes, cœptum peragere, Culinæ permittimus.

Culina, hyd. Struth.

Sed ad te reuertor (princeps) illis calumniis, falſisq́ue conuitiis, moueri minime debes, quibus iſtorum perfidia, animum tuum perterrefacere totis neruis nititur, quum hoc nouo (ut uocant) Euangelio, magnam ſeditionum eſcam afferri, & nimiam peccandi licentiam affirmant: Deus enim, non eſt ſeditionum, ſed pacis deus, neque dei filius, ſcelerum author, qui ad diſsipāda, & euertanda, dyaboli opera, hunc in orbem inferiorem deſcendit.

Columba.

Planè admirabilis Culinæ inſenſibilitas, ac ridiculoſa argumentatio, quum tamen argutiſſimam exiſtimet ſeſe. Quid (quæſo) ſi Arrius, aut alij quiuis hæretici, ſchiſmatum ſeſe eccleſiaſti-

cæque diuiſionis authores negarent,quod deus, non eſt deus diuiſionis, ſed pacis? Inficiarentur (præterea) eorum ſeſe malorum origines, quæ ex eorum cõſtaret emerſiſſe ſentina, quod filius dei, peccati miniſter non eſt? Sanè cunctis vel Culinæ,riſui eſſent,quum tamen peinde,ac Culina propria contendant dogmata, verbum dei eſſe, Chriſti euangelium, veritatem,virtutémque dei, nec minus Culinæ affaniis, perperam intellectis ſcripturis fulciantur: Qui fieri itaque poteſt,vt Culina(ſi prorſus inſenſibilis non eſt) contendat noctuarum blaſphemias,non eſſe deploratorum malorum ſcaturiginem,ea fultus ratione,quod deus,non eſt deus diuiſionis, ſed pacis, & filius dei,peccati miniſter non eſt?Artificioſum(ſanè)acutúmque ratiocinationis genus, nec minus,tãti principis auribus dignum.Probandum erat (quo ſic concluderes ſtupida) tua mendacia,verbum dei eſſe, & Chriſti Ieſu euangelium.Quod factura es nunquam:Belle doces (improuida)futuros & vobis Strigibus (authore Satana)ſufficiendos hæreticos,veritati refragari, opponendíſque fidelium obiectionibus. Tuis(adhæc) ſi tuam impietatem vel amplecterentur vniuerſi, tutum illis paraſti præſidium. Quippe, ſi de ſeditione, ab orthodoxis, vel à te accuſentur,mox(à te edocti)retorquebunt,quæ tu in noſtros:Ingenioſóque tuo illo Enthymemate,nos omnes profligabunt : Talia ſurdis canenda erant,cæciſque proponenda, nõ principi Chriſtianiſsimo,qui & auritus & oculatus erat.

Enthymema argumentum cõcludẽs ex uno aſſumpto. imperfectus ſyllogiſmus.

serpens.

Sequamur

Sequamur.

culina. hyd. struthio.

In quo uero, ambitionis & cupiditatum (quarum nulla ex parte, nos unquam reddidimus suspectos) accusamur, omni culpa uacamus: Est uero probabile, nos regnorum ruinam moliri, à quibus, ne uerbum ullum, mortalium quisquam seditiosum accepit? Quorúmque uita, & humilis, et abiecta, omni tempore, quo in tuo regno degeremus, cognita & perspecta est. Sedibus uero paternis expulsi, perpetuam, & tibi, & regno tuo foelicitatem exoptare, non desiimus: Est quoque credẽdum nos, nihil aliud quàm malorum & libidinum effrenatam licentiam, indagare & efflagitare? Quorum licet uita in multis arguenda sit, tamen nihil unquam tanto conuicio insectandum, perpetrauimus: Praeterea, deo meo gratias habeo, quod non tam pigrè in Euangelio simus operati, nec fructus tantillos inde perceperimus, quin conuiciatoribus istis Pudicitiae, liberalitatis, Misericordiae, Temperantiae, Paciẽtiae, Modestiae, & caeterarum uirtutum, exemplum esse possimus. Quàm pie, deum & timeamus & ueneremur, ipsa profecto ueritas, nobis est testis, quum uita & morte, nomen eius sanctificare tentemus: Aduersariorum etiam lingua, testimonio suo, quorundam ex nostris, iustitiam externam, coacta est comprobare, qui eo tantum, ad extremum supplicium uocabantur, quod singulari commendatione esset illustrandum: Quod, si qui, uerbi diuini nomine, turbis & seditionibus (quod hactenus in tuo regno nunquam uisum est) populum concitarent, uel si pro uera libertate diuino munere concessa, nonnulli (cuiusmodi noui nõ paucos) libidinum, & carnis licentia, abuterentur, sunt leges, & legibus supplicia statuta illis, ut sceleris atrocitas postulat, seuere irroganda. Modo interim, diuinum Euangelium, perdito-

rum flagitiis, non labefactetur.

Columba.

Si Culinæ verba æquè interpretor, suam, suorúmque iustitiam (mentis scilicet omniumq́ue actorum rectitudinem) iactat, necnon ab omni, vel minima cupiditatis suspicione liberos prędicat, simplices quoque, pacísque amatores, adeo vt nullum vnquam factiosum verbũ, ex ore cuiusuis illorum, auditum sit proferri in medium. Præterea erga Christianissimum principẽ, tam bene affectos gloriatur, vt pro illius, ac dominatus prosperitate, Deum optimum & maximum, assiduis precibus pulsent, quamquam regno ac ædibus pulsi. Nullius itẽ criminis conscios (tametsi reprehensibiles eorum, suósque mores fateatur) quod tantam mereatur reprehensionem, tantóque improperio dignum appareat: Adhæc tantum in Euangelio profectum fecisse suos, vt illorum vita, nostris (quos detractores appellat nec infrequẽter) exemplum merito esse possit, castitatis, liberalitatis, misericordiæ, temperantiæ, patientiæ, modestiæ, cæterarumq́ue virtutũ omnium. Post quæ nugatur (hypocritice) veritatem ipsam euidenter testari, se suósque, deum timere, puréque colere, quãdoquidem cupimus (inquit) siue per mortem, siue per vitam, sanctificari nomen illius, adeo vt inuidi (nostros liuoris insimulãs) ore proprio testificari sint coacti, quorũdam ex nostris, innocentiam, iustitiamq; externam, & coram hominibus, quum tamen ob id solum quod laudem singularem merebatur, neci per magistratus addiicerẽtur. Et sciens (cal

lida

lida ſtrix) falſidicam à prĩcipe Chriſtianiſsimo, ac fidelibus vniuerſis, habẽdam ſeſe, fatetur ingenue ſe noſce quoſdã, qui euangelij prætextu, tumultus cient, aut qui euangelicæ libertatis velamẽ, carnis prætẽdant libertati: in quos tametſi è Lutherana radice (teſte experientia) pullularint, non in ſe, ſuóſque conferri vult, quicquid malorum, Strigum ſuſurris, coortum eſſe conſtat. Decretas (præterea) leges, ſtatutáque legibus ſupplicia, quibus talium exceſſus, moréſque acerbè, & ſecundum delictorum menſuram corrigantur, modo interim, maleficiis impiorum inquit, (noſtros impios tam impudenter appellat) non blaſphemetur euangelium dei. Noſtrorum doctrinam (verius euangelium) maleficia, & euangelij blaſphemiam, tam frequenter nominat, temeraria Strix, ſuámque inſuper hæreſim euangelium dei. Prô dij immortales, quanta Strigum arrogantia, quantáque impudentia, & quanta abſurditas: Hem monſtruoſam, vnius noctuæ temeritudinem, portentoſámque audaciã: Quid tibi, tuíſque arrogantius vendicare poteras, quam omnimodam, & præ omnibus Romanæ eccleſiæ alumnis, vitæ totius ſanctimoniam? Qui impudentius gloriari poteras, quam vitam tuam, vniuerſis Romanæ eccleſiæ filiis, & caſtitatis exemplar, omníſque virtutis eſſe poſſe contendere? Caſtè ſibi videntur viuere Striges innumere, quod contra profeſsionem, primamq; fidem (coniugij prætextu) pro libidine ſcortantur: Adhæc, poteras ne de maiore ſcelere, principem Chriſtianiſsimum, eiusq; Auguſtiſsimos

(per varia regni Christianissimi climata, ad iura quibuslibet dicenda constitutos) senatus accusare, maioréque infamia afficere, & turpius apud omnes traducere, quam eos innocentum necatores non modo, verum eorundem ob id quod supremã laudem promerebatur, interemptores, tuo insolēti scripto profiteri? Neminem tamẽ eorum, quorum lamentaris supplicia, vita hac aliquando priuauerunt, quem nõ ob tumultus & seditiones, aut certè, ob pertinacem aduersus religionis fundamēta hęresim, trucidari iusserint. Hæresim itaque, summam contendis laudem promereri, téque ac tuos, deum purè venerari (veritate ipsam id euidenter contestante) quod pro pertinaci opinione, morte vitam commutarunt ex tuis aliquot (argumentationis genus, omnibus hæreticis commune) At tibi summopere caues, (fuga fortique munita præsidio) ne tua morte nomen domini sanctificetur: Adhæc, poteras absurdius quicquam mente concipere effarique, quàm tutelæ Euangelij (quominus blasphemia in regno Christianissimo afficiatur) caussam, Christianissimo principi commendare, perinde ac si rei istiusmodi, nulla eum cupido incessisset? Et tanquam orthodoxi magistratus in hęreticos animaduertētes, aut alij quiuis fideles ob impietatem in eosdem obstrepentes, proinde Euangelium dei assiduè, blasphemarent, ne id in suo regno fieri permittat, principem ipsum, queribundo sermone solicitas: Tibi sola ex toto Francorum imperio videris, puri euangelij syncera concionatrix, & quæ flagrantibus

tibus curis, pro ſacri Euãgelij defenſione diſtracta excrucieris. Quum tamen Euangelij puritati, nihil præter corruptelam moliaris.

serpens.

Tam infrunita (chara ſoror) támque ſcelerata eſt hæreticorum omnium audax temeritas, tanta illorum pertinacia & contentio, tanta iactantia, tantáque hypocriſis, efficax ad fallendos incautos, & ſtabiliendos errores τέχνη: Ea maximè (hypocriſim puta) humanæ iuncta facundiæ, nunc humilitatis, nunc liberalitatis, miſericordiæ nonnunquam, plerumque flagrantiſsimę erga proximi ſalutem charitatis ſchemate operta, falſóque ac ſub triſti vultu incedens, inſtabilium fallere, quàm multa agmina poteſt: Quod putas iam olim ſeduxit in Arrio hęreſiarcha? Hic (vt fertur) elatus erat, quum tamen ſenex eſſet, ſtatura valde longus, ſubtriſti ſpecie, figuratus non aliter, quàm doloſus ſerpens, qui decipere poſſet omne innocens cor, per verſutum ſuum prætextum. Dimidium quippe pallium ſemper indutus, & ſtolam, dulcis erat in colloquio, perſuadens ſemper animas, ac blandiens, quapropter quam multos à fidei integritate abductos, in ſuam perfidiam celerrimè pertraxit: Certè tam efficaces ad dementandum artes adinuenit κακοτέχνης diabolus, & doloſus omnium hæreticorũ proauus Satanas: Scortationem (pręterea) legitimi matrimonij pallio obductã adinuenit, (dulce effœminatis venenum) quo virginitatis, aut continentiæ profeſſores, à fide facilius abſtraheret: Nec tamẽ coitionem iſtiuſmodi, adul

Hypocriſis Energia.

Epiphanius.

terium

terium,aut ſcortationem dici vult,at torum immaculatum ducendum contendit:In quibuſdam pertinaciam animi, cordíſque duriciem operatus eſt, conſtantiæ tectam velamine, vt inter ſupplicia imperterriti videantur minus cautis, ac ſic fallantur:Alios permultos fallēdi cauillos habet,humanæ ſalutis aduerſarius Satanas: Qui antea nuſquam (quantumuis in angelum lucis transfiguratus)nocentior apparuit.At quemadmodum ſeſe lucis angelum, non Satanam, qua arte poteſt ſuadet eis quos(permittente deo)fallit,quæque ſuggerit,veritatem,iuſtitiámque,ita & fanaticæ illius diſciplinæ alumni,pro orthodoxis,iuſtíſque,non pro hæreticis & calumniatoribus,haberi volunt,ſuaque contendunt dogmata,pro veritate & iuſtitia excipiēda eſſe:Porro ſuperiores omneis, nequitia ſuperant, noſtri huius ſæculi hæretici,virtute tamen(ſi quid illis virtutis poſsit aſcribi)inferiores,quamquam vniuerſis Romanæ & Chriſti eccleſiæ columnis præſtare ſeſe exiſtiment non modo, verum & glorientur(adeo elatæ & impudentes ſunt)Non ſolum fingentes cum Arrio, cæteríſque ſimulatoribus,quod non ſunt,ſed & glorioſe iactantes aſſequutos ſeſe,quod nondum contigerunt:Glorietur Culina quantum volet, nihil adhuc ſimile fecit Manichęis,quorum prodigioſa narratur abſtinentia, continentiaque, atque opum contemptus . Et tamen hæretici erant impudentiſſimi:Præterea Ebionitis,in orationibus vigilantior non eſt. Nec Pſallianis, vel Anthropomorphitis, temperantior : Nec Nouatianis,aut Au-
dianis

dianis,aut certè Meletianis,iuſtior vel ſanctior, qui tamen hæretici, aut ſchiſmatici fuere: Adhæc Petro Anachoreta quodam ſene,primo authore hæreſis Archonticorum (qui bona ſua pauperibus diſtribuebat,& quotidie elemoſinas faciebat) Aut Phariſæis in pauperes liberalior, aut profuſior non eſt:Hi tamen hypocritæ fuerunt.Petrus vero ille,ſimulator peſsimus, & lupus rapax: Ne ergo conetur propriam ſuadere fidem,iuſtitiamque Culina,ex conſimilibus figmentis, quæ tot hæreticis, multo prodigioſius propria fuere. *Epipha.*

Columba.

Proinde,fidei, pietatis, puríque cultus diuini, inefficacius argumentum, quàm incalumniabilia noſtrorum miracula, quæ nec Satan ædere poteſt.Ea tamen hac in re (vt prænarratum eſt) faſtuoſo contemptu reiecta aſpernatur, erroris magiſtra: quæ nihilominus nuptias mirandum in modum cōmendat:Sed vt virginitatis,ac continentiæ propoſitum(reor)improbet.

Serpens.

Perinde ac Lucianus Marcionis diſcipulus caſtitatem exercebat,vt nuptias damnaret:At Culina hac parte melior,quæ minus bonum probat vt meliori detrahat:Nunc audiamus impudentiſsimæ epiſtolæ coronidem. *Epipha.* *1.Cor.7.*

Culina. hyd. struthio.

Hæc eſt exitioſæ & uenenoſæ conuitiatorum iniquitatis explicatio,fuſè & copioſè tibi declarata. Ne forte magna ex parte perfidorum oratione attentius aures detentæ, eorum criminationibus,fidem habeant: Neque non uereri

nō poſſum, ne quibuſdā Aſianus eſſe exiſtimer, quū dicendi prolixitate, prologus defenſionē cōſummatā ſuperet. Quā-uis nō cauſſam noſtrā tueri, ſed animū tuum ſolū ſedare cō-tēderim, quo te in noſtrā cauſſam inſinuares, eidémque di-ſceptandæ locū relinqueres: Qui tametſi non ſolum à nobis alienatus, ſed etiam infeſtus, ac potius in nos incenſus ſit, tamen facilè nos recōſiliari cōfido, ſi ſedatus & lenis factus quod à nobis cōceſſum eſt defenſionis uice poſitum, ſine mo leſtia legas: si uero maleuolorū calūniæ, ſic tuas ad ſe aures alliciant, ut patrocinandis reis, locus non detur: Si (præ-terea) uiolentis iſtiuſmodi furiis per tuam authoritatem liceat carceribus, flagris, eculeis, uulneribus, incēdiis, im-manitatem ſuam exercere, tanquam oues macello dicatæ, ad ærumnas extremas protrudemur: Iſtis tamen calumniis laceſsiti, & calamitatibus afflicti, in patientia, animas no ſtras poſsidebimus, & fortiſsimam domini manum oppe-riemur, quæ ſe (procul dubio) opportune præſtabit, & tam in miſeros ab ærumnis liberandos, quàm perditos debellā-dos prodibit.

Dominus Rex Regum, iuſtitia & æquitate Thronum tuum ſtabiliat.

Columba.

Regios oculos à tuarū contaminationum (ne di xerim inſtitutionum) lectura, cōmodius auerte-re non poteras, quam fidei illius integritatē, tot præſtructis admotíſque mendaciorum tormen-tis impetere: Qui enim fieri poterat, vt oculatū principem, & ipſo lynce perſpicatiorē, oblecta-rent tuæ ad fallendum concinnatæ Epitheſes? *Epitheſes impoſturæ.* Perpendit (ſanè) acutiſsima mētis præditus acie princeps, ex maledicentiſsimo tuæ narrationis, impudentiſsimóque, ac ſuperbiſsimo exordio, quam

quam improba, impiáque ac regia pietate indigna ſubſtrueres: Haud proinde ſuccesſit tibi, temerariæ ſpei tuæ imaginatio: Et quamquam generali aſſentiens conſilio, tuæ defenſioni locum conceſſerit (gnarus opinor, Synodum quantumuis legitimè adunatam, nihil tibi, aut tuis prohibente animi pertinacia profuturam) comparere tamen pro tui dogmatis defenſione, auſa, nõ es, quæ quoſuis bonos, petulentisſima lingua audes inſectari, calumniatores & venenoſæ iniquitatis confectores, maleuolos (præterea) ac detractores vocitans: Adhęc Chriſtianos magiſtratus, dei vindices, principíſque delegatos, impetuoſas furias (procax) appellas, quod in ſæuisſimas peſtes, lupoſque rapacisſimos, ſecundum iuris diſpoſitionē animaduertant. Dic (miſera Acherontis ſoboles) cui aptius furię nomenclatura cõuenire quam tibi poteſt, quæ malæ conſcientiæ terrore rancida, & nimio percita furore, rabiéq; incredibili acta, nuſquam non debaccharis, cunctos probos, cunctáq; probè inſtituta, expugnare contendens? Non illis furor, arma miniſtrat, ſed iuſtitia, zelúſque, veræ pietatis miniſtræ: Nõ aliter, Iuſticiæ miniſtris obtrectarunt, prioris temporis hæretici. Nec (dubio procul) aliter quã illi, posſidebunt animas ſuas, huius ſæculi noctuæ, quamobrem, non aliter quàm illi, de patiētia (indubiè inuoluntaria) ſibi blãdiantur. Quin potius fortisſimi domini, validisſimam opperiantur dexteram, quę eas cum Arrio, Mane, aliíſque vltione diuina profligatis hæreticis, tandem deturbabit.

serpens.

Vt epigramma ſtolidum ſubdolúmque, epiſtolæ præſtruxerat, Ita & ea ſubſcriptione, vafre, ſtolidéque, optima Chriſtianiſsimo regi imprecatur: Immo (vt verius dicam) peſsima. Quippe iuſtitiam & ęquitatem, pacem cum hæreticis appellat, omniumq́ue malorum (quæ ſacra Aquila deplorat) tolerantiam, in orthodoxos ſæuitiam & laudabilium rerum omnium profligationem. Adde & Lutheranæ peſtis, tetræq́ue Strigũ omnium caliginis amplexum: Sit proinde prioris noſtri certaminis finis.

Symmachia, Columbae, et Serpentis,

Aduersus Striges Theutonicæ stridores. Personæ Columba, Serpens, Ahlonment, Hyd. Struth.

Columba.



Vnc suos ꝓdat, Strix Theutonica susurros (tetrã reor, insuauémque harmoniæ conuenientiam) eiúsque improbitate eiaculatos pyrobolos (quorum flammis tam multi extincti sunt) pro viribus restingamus, nostræ imbecillit ati auxilium ferente deo. *Appositio*

serpens.

Conflictu priore, quum didisceris, quæ ecclesia, præterea Euangelium Christi, verbum dei, quæ vera pietas, qui pij, quique docti (pro noctuarum iudicio) quæ (adhæc) sit recta Christi cognitio, quæque edendi & bibendi Christum auiditas, aliáque innumera earumdem somnia, illa (deo gratias agens) memoriȩ commendabis, ne occasio eadem repetendi, nos remoretur. Earum (quippe) rerum cognitione, facilè deteguntur, nec magno labore deprehenduntur, noctuarum malitia, vafriciésque ac stoliditas: In hunc itaque modum orditur, infelici (dubio procul) auspicio.

Ahlonment. Hyd. struth.

Cum in docendo, magnopere prosit, tenere summas rerum, ordine & ratione distributas, & in methodum contractas, collegi, & ego praecipuos locos doctrinae Christianae, eósque quos arbitrabar maximè ad pietatem alendam conducere, et in uita et in exercitiis piorum, usum habere: Denique qui extare in ecclesiis, et in concionibus inculcari maximè debent: Ac non solum curiosas, et inutiles quaestiones praecidi ac fugi, sed etiam in reliquis locis quos explicandos esse putaui, optima fide ac simplicitate, sine sophistica, res ipsas quantum potui exposui: Nam et ipse abhorreo, ut qui maximè à praestigiis disputationum, quae cũ multa colligunt inextricabilia, perplexa, paradoxa, absurda, prodigiosa, tantum perturbant conscientias, non docẽt.

Columba.

Nullus vnquam hæresiarcha, aliter (reor) quã optima fide, ac simplicitate, sine sophistica, exposuisse sese explicandos scripturæ locos affirmauit: Illorum quilibet, doctrinæ Christianę locos præcipuos, eósque qui maximè ad pietatem alẽdam vtiles sunt, vitæque ac exercitiis piorum. Adhæc, qui eminere in ecclesiis, & in concionibus inculcari maximè debent, scripsisse sese, temerè gloriatus est: Nec tamen illis fides habita est. Quis (quæso) illorum, quorumuis orthodoxorum (peregrinis doctrinis aduersantia) hypõnemata, curiosas quæstiones, inutiléſque, aut sophismata, non duxit? Iuuenum (adhæc) in literariis palestris frugi exercitia, perinde ac disputationum præstigias, non reprobauit? Eáque cõscientias perturbare non docere mentitus non est? Illi tamen omnes, duplices, mendaces, dolosi impostores, sophistæque erant & hæretici, sacrarúmque

Hypomnemata interpretationes commentarii.

crarúmque ſcripturarum corruptores. Quid ni igitur gloriaberis maiorum tuorum ſequuta veſtigia, eadem te facturam, quum tamẽ pietatem, haud ſecus, quàm illi doceas? Præcipitium paraſti, quod ne animaduertant incauti, ſed tecum in mortem ruant, hiſce præſtructis impoſturis obduxiſti: Multa pollicebatur mendacij pater Satanas, mundi totius ſibi arrogãs imperium, at quo, aut Chriſtum daret præcipitem, aut certè cupito potiretur: Nec minus in te nunc mentitur, tam pia repromittens: Propter quod, multis lachrymis proſequendi mendacij nomẽclaturam, merito ſortita es: Facile deprehẽſa eſt, in præfationis exordio Hydra: Struthiocamelum quoque nudatum conſpicio, cæcis tantummodo inuiſibilem: iſtiuſmodi enim præſtigiarum blanditiis, quum obducta colla exiſtimet, ac ſic totum latere ſeſe putet, omni tamen ex parte, circumſpectis obiicitur. *Matt. 4.*

serpens.

Neque ad dexteram declinaſti, neque ad ſiniſtram (ſoror ingenua) at priore certamine, fidei hoſtibus profligandis, plurimũ iam aſſueta, exercitáque, directo in viſcera ſpiculo, vno Strigem ictu perfodiſti: Et quanquam ſtupenda ſit (præ magnitudine) Noctuæ huius, Culinæ (pręterea) cæterarúmque, mendax impudentia, ac penè incredibile ſit, illas aliter ſentire, quàm tanto verborum fuco, tantóque gannitu conqueruntur. Ne quis tamen eas tam inſolenter mentiri, impoſsibile exiſtimet, hoc vel ex mendaciſsima præcedentium hæreticorum inſolentia, intelli-

2.Tim.3. gat: Tanta quippe eſt hominum mente corruptorum, & reproborũ circa fidem prauitas: Tãtáque Satanæ poteſtas in eos, quos permittente deo poſsidet: Simon Samarites, præſtigiator, & dæmonio plenus, praua præditus mente, virtutẽ dei magnam ſe eſſe, & Angelicarum poteſtatum creatorem, prædicare auſus eſt: Scortatricem vero coniugem, ſpiritum ſanctum dicere (propter quam ex ſupernis ſeſe deſcẽdiſſe affirmabat) nil veritus eſt. Alia permulta, ſed horrenda, ſuadere credulis connitebatur impoſtor ille, impudentiſſime mentiens: Cuius temerarios & petulantes diſcipulos (pceptore in omnigene nequitiæ prauitate, haud inferiores) eorúmque deteſtabilem inſaniam (pudori conſulentes) prętermittemus. Gnoſtici, euangelium ſuum (ita propriam demẽtiam appellitabant) turpiſsimis & infandis, tum viſionibus, tum reuelationibus refertiſsimum, Euangelium perfectionis vocitabãt: Eorũ quoque dicta factáque (haud prodenda) pręterimus: Carpocratitarum quidam, eo proſilierãt dementiæ, vt ſeipſos domino Ieſu, præferendos ducerent: Alij, non domino Ieſu, Sed Petro, Paulo, reliquíſque Apoſtolis præſtantiores, haberi volebant, propter excellentiam cognitionis, qua donatos ſeſe gloriabantur: Alii autem, nihil à Chriſto Ieſu diſtare ſeſe, magno faſtu prædicabant, nec minoris dignitatis eſſe illorum animas, ſuper benedicta domini noſtri anima. Aliarum (præterea) ſectarum hæretici fuere pene innumeri, nequitia ſupradictis, haud diſpares, è quibus aliquot, nomine Apoſtoli Pauli libellũ finxerunt,

xerunt, nefariis refertum dictis, actionibúsque impiis & execrabilibus, quem ascensum Pauli ore scelestissimo vocabant, temerè affirmantes illa omnia, verè esse arcana verba, quæ Paulus ipse, in raptu audiuisset: Alij Iudam, Christo non modo præferebant, verum & Christum (qui à piis quibusque fons dicitur, & origo boni) nequam dixere. Iudam vero frugi hominē, propter quod magistratibus Iudæorum, illum tradidit. Pudendum mendacium: Quidam, sese Christi Iesu Apostolos, gloriabantur, missósque ad humani generis correctionem, & qui parcerent eis, quos fraudi & errori Satanas exposuerat, modo, proprio suo dogmati, impióque assentirentur: Fraudi erroríq; expositos, fideles quoslibet, qui eorum impietatē auersabantur, non aliter quàm noctuę, affirmabant. Dicebántque (nonnunquā) sese, spiritum sanctum esse. Horum inauspicata nomina, omittenda duximus, aliorum quoque, quorum recensere multitudinem, & deliramentorum catalogum, insaniarúmque (auditu horribilium) summam colligere si vellem, ingenti volumine opus esset. Impudenter itaque mentiri noctuas, permirum non est: Nec immerito hæc, mendacii nomenclaturam sortita est, quàm mox audiemus, insigniter, aut mentientem, aut stultescentem. Promat igitur & audiamus.

Ahlon. Hyd. struth.

Et si autem, hoc unum fuit consilium meum, ut de rebus necessariis, colligerem doctrinam catholicæ ecclesiæ Christi, uidelicet quæ traditur in apostolicis literis, & receptis scriptoribus ecclesiasticis, tamen hic præfandum duxi, me

libenter ecclesiæ catholicæ, hoc est piis, doctis, & peritis omnibus, permittere iudicium de omnibus lucubrationibus meis: Quemadmodum enim Paulus præcipit, ut unusquisque norit modum fidei sibi datum à deo, ita cum mea mihi imbecillitas, non planè sit ignota, neque antea sine au thoribus, de ullo dogmate pronuntiaui: Neque ecclesiæ iudicium, unquam aspernabor.

Columba.

Animaduerto ridiculum: Si ecclesiam catholicam dicit, quã supra doformauimus, quãque generalia cõsilia in spiritu sancto legitimè iã olim, & congregata & celebrata repręsentant, & receptos scriptores ecclesiasticos, pios, doctósque, ac peritos, eos dicit, quos tales existimauimus, pro palam mentitur: Quippe, & ecclesia illa, & gene ralia consilia quatuor præcipui illi Ecclesiæ doctores. Alij (præterea) innumeri, & receptissimi & sanctissimi, Vniuersa noctuarum dogmata, anathematizant, execrantur & reprobant: At (tametsi impudẽter) callide tamen mẽtitur, quo imperitos instabiles, & incautos circumueniat fa cilius, & pellectos, in præcipitiũ à sese rofossum, non magno labore protrudat: Sin ecclesiã Christi, eam dicit quę ex Strigibus constat, & hęreticis (quos solos, pios, doctos, peritósque, ac receptos ecclesię scriptores, existimari vult) quis non derideat noctuę stoliditatem? Nę, omnibus risui esset infestus latro, qui cõprehensus velle se piorum hominnm duntaxat subire iudicium affirmaret, si interrogatus qui pij, æquíque censores sibi viderentur, suos tantummodo cõsortes designaret, aliorum quorumuis iudicia iniqua esse conten-

contendens. Et hæc, tanto intellectus prædita acumine (Strix) gloriabunda iactat, nunquã despecturam sese, ecclesiæ, id est, piorum, doctorũ, peritorúmque, iudicium, inquit, quum tamẽ pro eius opiniõe, ecclesia Christi & catholica (id est homines pij docti & periti) sit suorum consortium, & eiusdem farinæ hominum Synagoga.

serpens.

Ridiculum deprehendisti, simul & impudentiam: Nempe de nulla ecclesia, quã de ea quę ex noctuis constat loquitur, quam puram euangelij doctrinam pro nota certissima dicit habere: Por ro nostram ecclesiam (quam hypocriticã appellat) Euangelium ipsum insectari, ac damnare, & bellum aduersus verã ecclesiam gerere defẽdit.

Columba.

O certè infrunitam impudentiam: At ita dixere (reor) reliqui hæretici: Siquidẽ Arrius, impietatem suam, veritatem omnia vincentem cõtendebat esse, & consequenter puram Euangelij doctrinam, suorum (adhęc) cœtum, verã Christi ecclesiam, nostram autem hypocriticam, & quę veram persequeretur: Nec minus dixisse cęteros opinor.

Serpens.

Nec te fefellit tua opinio: Quippe Eusebio Ni comedię episcopo scribens Arrius, Alexandrum sanctissimum Alexandriæ Antistitem, fidelem, orthodoxũq;, & illi adhærẽtes fideles, hęreticos appellabat: Seipsum autẽ cũ sodalibus, Orthodoxos, fideles, propter veritatẽ oĩa vincentẽ fugatos & excõmunicatos, ab Alexãdro papa iniustè:

Nec minor fuit nec futura est, cæterorum heret-ticorũ impudentia: Itaque tam impudenter mẽtiri hæreticos, nec nouum, nec mirum est, quòd illis peculiare est. Siquidem obducta mendaciis istiusmodi venena minus animaduertunt incauti & instabiles, quo fit vt pellectorum greges, cũ

Ireneus. hæresiarchis in exitium pertrahantur. Error per seipsum non ostenditur, ne nudatus, deprehendatur, sed amiculo splendido callide ornatus, vt vel ipsa veritate veriorem seipsum, exhibere videatur imperitiorib9, per externam apperentiã: Nec diabolus (calũniarum, erronúmque omniũ parens) aspera se fronte prodit, sed sub honestæ

Hierony. rei occasione, latent antiqui hostis (sese in angelum lucis transfigurantis) insidiæ.

Columba.

Noctuarum stoliditati, deest versutia, nunquã: Vbique cernere, licet Hydram & Struthiocamelum. Audiamus, quæ sequuntur.

serpens.

Subinde ne nouitatis, aut temeritudinis arguatur, æditura catholicæ ecclesiæ, integram doctrinæ Christianæ methodum, aliquot ex nostris, profert, qui istiusmodi scripta reliquerunt.

Ahlonme nt, hyd. sruthio.

Nec uero nouum est exemplum, methodos doctrinæ Christianæ informare: Nam & apud Græcos, Damascenus, et apud nostros Lõgobardus, huiusmodi scripta reliquerunt. Quibus gratiam & celebritatem summã, hoc unũ peperit, quod methodi magno studio expetuntur. Itaque uidemus eos, uel primæ classis scriptoribus, annumeratos esse. Extiterunt & ante hos, huius generis libelli: Enarrationes

nes

nes Cypriani, & aliorum in symbolum: Et nonnulli non inconcinne, Augustini sententias collegerunt, de singulis articulis, in libello cui titulus est, De fide ad Petrum: Extat & uetus scriptum Origenis, περὶ ἀρχῶν, Cui hunc titulum fecit, propterea quod præcipuos locos Christianæ doctrinæ, ibi seriè quadam dispenit, & explicare conatur: Adhæc Paulus, quasi methodum quandã informat, in Romanis accuratissimè disputans, de caussa peccati, de usu legis, & de beneficio Christi, Quod sit proprium Christi beneficium, quomodo consequamur remissionem peccatorũ, & recõciliationẽ: Sunt initio & symbola hoc cõsilio cõdita, ut extaret breuis quædã summa doctrinæ Christianæ, in qua locos ad pietatẽ necessarios, tanquã simul in una tabula propositos, conspicere & complecti homines possint. Nam hæc, una est ratio docendi: Quare non sum author noui exempli in ecclesia.

Serpens.

Si nõ agnoscit quam inconsultè, ob productos à se probos methodorũ authores glorietur, hoc pacto resciscat: Esto, suggillanda non erat, quod aliis iamdudũ in lucem emissis doctrinæ Christianæ methodis, identidẽ fecerit, Increpãda tamen, & modis omnibus explodenda eius insensibilitas, quod quum prauitatis hæreticæ, fissuręque ecclesiasticę vnionis, methodum concinnauerit, ecclesiasticæ tamen methodum doctrinæ, sese informauisse gloriatur.

Columba.

Desipit indubiè, quæ tamen sese sapere plurimum arbitratur: Nimirum eius insipiẽtia (quam multis iamiam cognita) omnibus tandem manifesta erit, non secus ac nota fuit, cæterorum an-

desideretur: Quam multi occurrũt loci, de quibus cum ipsis authoribus (si liceret) colloqui cuperemus, & coram diserte sciscitari, quid senserint, quos habuerint authores: præsertim autem in hoc scripti genere in methodis, quàm multa non obscurè taxantur? Quoties iugulatur Origenes in libro περὶ ἀρχῶν? Longobardo, ne quidem ipsius alumni pepercerunt. Et quædam iure reprehenduntur.

columba.

Mirabilis (sanè) noctuæ stupiditas: Quũ enim (ꝓ suo arbitratu) tanto cõsilio, tantáq; religione scribi debeant Christianæ doctrinæ methodi, nihil tamẽ inconsultius, nihil irreligiosius, nihilq; ĩcautis periculosius quã à noctuis relictæ, de ꝓprio figmẽto methodi: Adhęc, si nulla res (eiꝰ iudicio) difficilior, quã grauißimas religionis cõtrouersias, dilucide explanare, qui tã temerè, rẽ tam arduã (tanquã sibi nihi difficilè ducat) præsumpsit? Adde, quamque præcedentiũ sęculorũ nemo, quãtũuis doctus, nec ipsa ecclesia vniuersalis (eius opinione) absoluit? Alioqui, quid iam moliretur, si rẽ ipsam confectã putaret? Pręterea adulterina inimici hominis, intérque satoris optimi segetes, delitentia seminia (id est absurdißima quæque) delegit, non rectißima, ꝗ nihil periculosius existimat, quàm in tanta iudiciorum varietate, rectißima deligere: Dic Amabo, quid periculi habet, rectißima & optima deligere, etiam si vniuersa, cum dęmorum, tum hominum potestas, perniciem moliatur? Nam si quid patimur propter iustitiã beati: Erronea vero deligere & impia periculosum esse, experta es non infrequẽter, quæ hæreticorum omnium more, er-

Ridiculũ Apost.

1. petri. 3.

ronea & iniqua,rectissima appellas,quæ deligere periculosum dicis:& verè (quidē) non quod rectissima sunt,sed quod piis & rectis quibusuis obliqua apparēt,suntque,& impia.Propter quod (deo iubente)talium insectantur dogmatum fictores,doctores,& contumaces defensores,durā (pro viribus) Hydram contumdentes, stultúmque è latebris, excutientes Struthiocamelū.Ais (præterea) Nihil procliuius,nihílque homini tā proprium, quàm labi, hallucinari, & non infrequenter recti specie decipi.Sæpè quoque accidere,eos qui rectè sentiunt, in explicādo, quasi sui obliuisci,nec satis commodè dicere,quod volūt, cedere quoque oneri plerunque:Adhęc vix vllum, ex vetustis scriptoribus esse,præsertim in scribendis Methodis, in quo non interdum vel claritas,facilitásve,vel diligētia desideretur,vix quoque esse aliquem,in cuius scriptis, nō quędā iure reprehendantur.

Serpens.

Audiamus(quęso)quę mox annectuntur quippe antedictis addiicienda existimo.

Columba. Fiat vt vis.

Ahlon. hyd. struthio.

Itaque quum tantum & difficultatis & periculi sit, componere methodum,sæpè mihi uenit in mentem,id non unius hominis opus esse debere:sed synodi in qua,doctissimi & optimi uiri, re cōmuniter deliberata, de omnibus is articulis,de quibus sæpè oriuntur controuersiæ, et quædam in ipsis ueteribus dissimilitudo est,diligenter iudicarent, & integram doctrinam religionis ęderent.

Columba.

Permirum

Permirum arrogantiæ genus: Si ea omnia vera esse non ambigit, quomodo citra pręcipitem, stolidámque temeritudinem existimat sese, introductiones doctrinæ Christianæ absolutissimas ædidisse? Si non existimat, quur ludi magistros admonet, instituẽdorum (libelli sui doctrina) iuuenum suæ fidei creditorũ, post prima posita grammaticæ rudimenta?

serpens.

Si velint omnem turpem reprehensionem facile vitare, & scire rempublicam iuuare discipuli (ait implanatrix): Sanè à paucis diebus, in florentissima Lutetia compertum est (aliísque regni Christianissimi locis) quàm belle ignominiam, omnémque turpem reprehensionem vitarunt, ludi magistri aliquot, noctuarum præstigias, sibi commissos puerulos docentes, & quam citò eorum fascinati discipuli, rempublicam iuuare didiscerunt: quod vtinam nostro sæculo experiri, nunquam contigisset: Iam sequere quod cœperas.

Columba.

Dic obtestor te (per qui te talem genuere parentes) Existimas te, supra omnem omnium hominum aleam esse, adeo vt sola labi, hallucinari, recti specie decipi, tui obliuisci, oneríque aliquando cedere non possis? Adhæc tam absoluta opera tua, vt in eis, nihil desiderari, nihílq; iure reprehendi posit? Tã multa in quibuslibet scriptoribus desiderantur, tibi autem nihil deesse, aut defuturum esse, citra temeritudinem confidis? Et quamquam ore fatearis, haud tibi planè *Vergil.* *Cõuersio.*

ignotam imbecilitatem tuam, tamen omnibus, vitæ & doctrinæ, preſcribendi inſtituta, authoritatem tibi vēdicas (magno faſtu) reiectis, quorumlibet cum ſcriptorum, tum generalium conſiliorum (tuæ impietati contrariis) decretis: Quis probus tantam inſolentiam, æquo animo ferat, & non potius ſtulto, iuxta propriam
Prou. 26. ſtultitiam reſpondeat, ne ſibi ſapiens videatur? Quæ temulentia, eo dementiæ mentem tuam deduxit, & iudicium tuum intantum labefactauit: vt id, quod non vnius hominis, ſed Synodi doctiſsimorum & optimorum virorum opus eſſe cenſes, perficere (proinde ſtulte inconſultéque) coneris non modo, verum & opus ipſum abſoluiſſe, iactabunda glorieris, quaſi parem cū doctiſsimorum & optimorum virorum Synodo poteſtatem haberes, aut certè præſtares illi? Et ne Tridētina Synodus, aut alia quæuis tibi obiiciatur, componendi methodi opus eſſe dicis, Synodi doctiſsimorum & optimorum virorum, doctiſsimos & optimos viros, tuarum amatores affaniarū vocitans, ex quibus vix vnum ſibi cōſonum, aut duos ſaltem reperias, & qui in doctrina varij non ſint, & repugnantes: Porro hoc noſtris hactenus non accidit, indubitatum ſolidæ, ſynceræque doctrinæ argumentum: Nempe, quū demētia, vndiquaque, ſeipſam redarguat, & iniquitas ſeipſam conterat, ac contra ſe, ſubuerſionem excitet, Veritas tamē ſemper firma eſt, per ſe cōſiſtit, & à deo confirmatur: Definierunt generales Synodi, pro varia temporum diſpoſitione, & pro controuerſiarum (in fidei doctrina) qualitate,

te,de certis fidei articulis:Nulla autem aut paucissima(in quibus à nobis dissident noctuæ) indecisa sunt, Immo præcipuæ earundem pestes, sanctarum congregationum censuris,reprobatæ sunt apertissimè:Et quasi nulli,ibi fuerīt viri docti & boni, eiusmodi sacrosanctas Synodos auersata, ædendam contendis,optimorum & doctissimorum virorum communi deliberatione, integram religionis doctrinam. Quos (quæso) doctissimis illis & sanctissimis patribus, hoc nostro sæculo, meliores, doctioresque, offendes? Quæ tales viros aspernaris, qui hac ætate esse poterunt, tua commendatione digni,nisi qui funestę tuæ caliginis,erunt tabe impiati? Quur nō apertè decernis, à te, tuísque merito ædendam esse religionis doctrinam? Certè hoc dicēdum, quandoquidem nulli alij (tuo iudicio) doctissimi sunt,aut optimi.

Serpens.

Posthac contendit,sanandos esse ambigētium animos,restituendamque ecclesię,concordiam, ac tranquillitatem,si graui authoritate doctissimorum,ac optimorum virorum scripta extaret, pia ac simplex,fidei doctrina.

Columba.

Qualis extat,à se ædita (reor) aut quales sunt, Culinæ institutiones(suspicior).

Serpens.

Verissimè coniectas.

Columba.

Planè Struthiocamelo & quouis stolido animante stolidior est, quæ concordiam ecclesiæ

restituendã putat, modo excipiant vniuersi amplexentúrque, suos aut reliquarum Strigum errores, aut certè, ædendam à se fidei methodum, quod fiet nunquam.

serpens.

Idem contendebant, sub Constantio Arriani, quãdo multa pro fide passi sunt Athanasius, Hylarius, Eusebius (fortissimę Christi ecclesiæ columnæ) aliíque numero multo plures : At non audierunt oues, vocem alienorum.

Columba.

Neque (mea opinione) concordia, aut tranquillitas ecclesiæ restitueretur, neque ambigentes sanarentur animi, etiam si vniuersi, hęreticorum dogmatibus assentiremur: Sed adaucta tantummodo, Antichristi Synagoga, eminentissimam & (dei munere) perpetuo stabilem Christi ecclesiam deturbaremus, quod tamen fieri impossibile est: Qui autem huius iudicio, ambigentes animi dicuntur, non planè noui, nisi forte eos dixerit, qui strigum dogmatistes sunt, quos infideles esse oportet (quippe dubius in fide infidelis est) ac sic dum furiosa, quicquid in buccam venerit loquitur, aut scribit, illos (iusto dei iudicio) infideles dicit & in fide dubios, quorum fidem, miris efferre præconiis, totis pernititur viribus, quum tamen certissimum esse oporteat, fidei assensum: Nec tamen hos ambigentes animos, incolumitati restituere poterit, antedictus assensus, sed fluctuantes & dubios, in errore cõfirmare tantummodo, & animos firmissimos, certissimósque & incolumes, periculosis errorum omnium

niũ fluctibus agitare, perturbaréque: Cæca, quo pergat nõ animaduertit: Nunc audiamus, quàm ſolerter ratiocinatur reſtituendam eccleſiæ tranquillitatem.

Ahlon. hyd. struthio.

Quod Plato, inquit, principes rerum publicarum præcipue hoc efficere debere, ut ciues & beati ſint & inter ſe amici: Ad hunc optimum eccleſiæ ſtatum, nulla res afferret plus momenti, quàm ſi talis aliquapia ac ſimplex extaret forma doctrinæ graui authoritate ſcripta. Hæc enim & ambigentes animos ſanare, & cõcordiam ac tranquillitatem eccleſiæ reſtituere, & in poſterũ munire poſſet: Huius ſummi inter homines beneficii authores, non ſolum epiſcopos, ſed etiam ſummos principes, eſſe decet, ut et gloriã dei ornent, & omnium gentium ſaluti conſulant, præſertim cum ſine ope ipſorum, res tanta perfici nequeat. Nec uero dubito, quin ut quiſque princeps, prudentiſſimus atque optimus eſt, ita uehemẽtiſsime efficiatur eccleſiæ cladibus: Neque enim ſunt, aut obſcuræ, aut ita leues, ut ſine ſumma acerbitate doloris, conſiderari poſsint.

serpens

Inſignẽ parænesim cecinit, qua admonet principes ſummos, fieri ſuæ, tum malĩtiæ, tum ſtoliditatis miniſtros, dum vult illos, epiſcopos non modo, ſua ope, & dei gloriam ornare, & gẽtium omnium ſaluti conſulere, concordiam (adhæc) & tranquillitatem eccleſiæ reſtituere, & in poſterum munire, & vt ciues & beati ſint, & inter ſe amici efficere, quaſi ſummi Chriſtianiſſimi Monarchæ, gloriam dei negligãt, eáque quæ fidei ſunt & tranquillitatis eccleſiaſticæ: nec curæ illis ſit gentium ſalus, aut ciuium felicitas, &

inter ipſos amicitia (quod Strigum negligunt dogmata nedum verum inſectantur) ſed ſolæ de rerum iſtiuſmodi curis, ſolicitæ ſint Striges.

Columba.

Principes ſummos & orthodoxos, indeſinenter culpant, per inconſyderantiam, noctuæ.

serpens.

Ad eum autem optimum eccleſiæ ſtatum, nullam rem plus afferre momenti exiſtimat, quàm ſi ope principum, Aliqua pia, ac ſimplex forma doctrinæ extaret, graui authoritate ſcripta.

columba.

Mirificæ cuiuſdam ſtoliditatis ridicula percipio: Extant Apoſtolorum, Sacroſanctæ Synodi Nicenæ, ſanctiſsimi ſimul, & doctiſsimi Athanaſij authoritatis grauiſsimæ ſymbola: Extant ſacrorum Conſiliorũ (quibus præeſt ſpiritus ſanctus) decreta, legesq́;, ac controuerſorũ deciſiones (quibus reprobatur Strigum impietas) quæ omnia Chriſtianiſsimorũ principum ope, & approbata & roborata ſunt: Nouiſsimè (adhæc) indicto poſt comitiorũ diuerſorum, varias contentiones Tridẽtino & generali conſilio, ꝙ potuerunt Chriſtiani principes, ꝓ religione, haud ſegniter abſoluerunt, eccleſię cladibus (ſtridoribus noctuarũ dubio procul æditis) vehementiſsime affecti.

serpens.

Tanta pietate, veſtigia ſequentes Ioſaphat & Ioſiæ regum Iuda, qui diuino honori ſedulo proſpexerunt.

Columba.

Nec tamen fieri potuit, vt Chriſtiani ciues tam felices eſſent, & inter ſe amici, quin hæreſes & ſimultates

ſimultates & ærumnæ,aliáque grauiſsima ſcandala,inter eos,Satanæ ſuggeſtu, naſcerētur:Neque muniri, aliquando ſic potuit eccleſiæ tranquilitas,vt poſthac nulli,ab eccleſiaſtica vnione ſepararentur:Neque (reor) credidit, aliquando vllum conſilium,quantumuis legitimè congregatum,tam abſolutam ſeſe daturum de Chriſtiana fide doctrinam, vt nullas oriri ſineret poſthac, de fide controuerſias. Addam, nulli aliquando hæretici opinati ſunt ſua dogmata adeo rata fore(etiam ſi vniuerſi illa ſuſciperēt) vt nullas poſthac,de fide controuerſias,ſuſcitarent aduerſarij.Et hæc hęreticis omnibus ſtolidior Noctua,oppoſitum contingere poſſe arbitratur,modo principes ſummi,fideles vniuerſos, dogmata ſuſcipere compellant noctuarum:Alias nunquā, etiam ſi conſilia mille,iterum,atque iterum illarum dogmata,carbone notarēt:O certè noctuarum, & peſsimū & ſtolidiſsimum genus : Quæ Tiſiphone,tam multas,cum corporum,tum animarum patratas veſtris ſtridoribus cædes, ſufficienter vlciſcetur?

Tiſiphone à cædibus plectēdis dicta: una eſt ex furiis.

serpens.

Adde, quæ Rhamnuſia, vobis quantum opus eſt indignabitur,quæ tot(dei munere)exceptis, tum naturæ, tum gratiæ bonis, tam inſolenter, aduerſúſque deum abutimini?

Rhamnuſia indignationis dea aduerſ⁹ eos qui præſentibus bonis ab utuntur, fingitur.

Columba

Non cernit luſcioſa,eam non eſſe (quàm præſcribit)viam reſtituendæ concordiæ,aut trāquillitatis eccleſiaſticæ,ſed potius eorum,qui tantæ ſunt authores diſcordiæ coertio : Quis(quæſo)

princeps aut certè cõmunitas, infestissimis reipublicæ perturbatoribus, querentibus ortas in republica seditiões, perpetuo sæuituras, nisi pro illorum consilio occuratur, aureis accommodabit, & eovsque illis propẽsus erit, vt pro illorũ libidine (quos supplicio extremo plectere potest) pax fiat in republica, & non potius pacem reipublicæ restituendam, illorum deturbatione & exitio decernet? *serpens.*

Eo medio ecclesiis Galatiæ, pacem reddi cupiebat Apostolus dicens: Vtinã abscindãtur qui vos conturbant: Eos (præterea) anathema fieri optabat, qui aliud Euangelium quam quod didiscerent, annunciabant. Hæreticum quoque, post vnam, secundámque monitionem vitandum cẽsebat. Adhæc aliquot eorum Satanæ tradidit, vt discerent non blasphemare: diuus Euangelista Ioannes (qui de charitate, multa præscribit, nec recipiendos in domũ, nec dicendum talibus aue decernit: Pacem peccatorum non æquo animo ferebat regius psaltes. Et hos sequutus Cõstãtinus imperator Arrium ab Alexandro Alexadrino Episcopo iam excommunicatum, & post hac in cõsilio Niceno dãnatum, exilio relegauit, publicóque mandauit edicto igni tradi, quæcũque ab Arrio conscripta offenderentur, vt non solum praua eius doctrina deperiret, sed neq; vlla eius possent remanere cõmẽta. Alioqui Arrij cõscriptiões celãtes & nõ repẽte igne cõsũmãtes, mortis mox supplicio subiacere, Ratus Christianissimus imperator, in posterum hoc pacto muniẽdam ecclesiæ tranquillitatem. Idem (præterea)

Gal. 5. *Gal. 1.* *Tit. 3.* *1. Tim. 1.* *2. Ioan. unico.* *Trip. hist. lib. 2. c. 15* *eccle. hist. lib. 9. c. 5.*

Nouacianos,Friges,Valētinianos,Marcianiſtas, *Trip.hiſ. lib.3 c.11*
Paulianiſtas, cæteroſque qui eccleſiæ reliquorū
fidelium,tunc non cōmunicabant, hac animad-
uerſione, lege poſita,dānauit, vt eorum Orato-
ria auferentur, & eccleſiis applicarentur:Neque
eos in domibus priuatorum,neque publicè, cō-
gregationes facere permittebat, quibus mediis
creditur extincta eo tempore, hæreſum memo-
ria:Siquidem poſt eam legem, neque publicè in
eccleſiis cōuenire poterāt,neq; latēter,dū Epiſ-
copi ciuitatum & Clerici obſeruantes,talia pro-
hiberēt:Hinc metuētes plurimi ad eccleſiā ſe ca
tholicā cōtulerūt: Alij aliquot ī propria ſentētia
permanſerūt,haud tamē hæreſis,reliquerūt ſuc-
ceſſores:Hæc ex glorioſiſsimi imperatoris Cō-
ſtantini hiſtoria:Nunc perpēdant noctuę,quib⁹
oporteat mediis proſpicere,diſsidentiū vnioni,
muniēdęq; in poſterū,eccleſię trāquillitati,hęre
ſum (adhæc) abolitioni:Theodoſius (præterea)
magni Conſtantini, Chriſtianiſsimus ſucceſſor,
eiſdē cōſiliis & reſpectibus,vniōnē eccleſiæ, pa
cémq; reſtituēdam coniectabat:Nempe Demo- *Hiſ.trip. li.9. c.10 & .c.25.*
philo Arrianę religionis antiſtiti,credere ſecun-
dum dogma.Niceni conſilij recuſanti(ne catho-
licorū,ſuorúmq; vnico fieret)fugere à ſacrisBaſi
licis cū ſuis præcepit.Poſthac,Arrianorū conci-
liabula prohibuit : Eunomium(quod Conſtan- *Eiuſdē.c. 36.*
tinopoli,ſua multos corrumperet doctrina)rele-
gauit:Iuſsit quoque,ſuæ clemētiæ ſubiectos tē-
peramento (vt illius verbis vtar) in ea religione
verſari,quam diuinum Petrum Apoſtolum Ro- *ca.7. eiuſdem.*
manis tradidiſſe,religio vſque nunc, ab ipſo in-

ſinuata declarat, quamque pōtificem Damaſum conſtabat ſequi, hæreticos autem plectēdos decernit. Diuina primum vindicta, deinde (inquit) Motus noſtri, quam ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus vltione: Hæc ex multis, quæ produci poterant decerpta ſcias: Et noctuæ Romanæ eccleſiæ doctrinam, legéſque & decreta auerſatę, nouam exigunt ſidei doctrinæ methodum.

Columba.

Ex pręnarratis elicio, plectendas grauiter cum cæteris hæreticis noctuas pertinaces, earundem prohibenda conciliabula, exurendos ab eiſdem conſcriptos libellos, ne ſuarum relinquant hęreſum ſucceſſores, neque vlla ſuperſint aliquando tantæ impietatis, tamq; ſtolidæ impudentiæ veſtigia. Parendum inſuper ſacroſanctis Synodis, decretíſque Romanæ, & matricis eccleſiæ: Hoc ſi Chriſtianorum prīcipum ope executioni demandetur, reſtituendę, tranquillitatis eccleſiaſticæ, & muniendæ in poſterum, Methodus deformaretur: Reliquos ſequamur Methodicę Strigis ſuſurros.

ſerpens.

Inculcatorum (ſubinde) ſtridorum fallaciā, ex ſupradictis facilimè deprehendes: Stideat & audiamus.

Ablomment, hyd. ſtruthio.

Veteres quidam morbi hærent in eccleſia non diſsimulandi. Conſtat enim quoſdam inſignes articulos doctrinæ Chriſtianæ, diu iacuiſſe obrutos dēſiſsima caligine: Ex qua poſtquam euolui cœperunt, opera quorūdam doctorum & bonorum uirorum, ſtatim ſuſcepta eſt paſsim inuſitata ſæuitia, &

tia, & indigna lenitate ecclesiastica. Neque tantum trucidantur boni & docti uiri, confirmantur abusus, sed omnino extinguntur studia doctrinæ christianæ: Hinc orta dissensio, cum alia infinita parit incommoda, tum hoc præcipuũ, quod locũ præbet, ut sit alciubi, indoctis, seditiosis & fanaticis hominibus, qui & nefarias θεομαχίας spargũt in ecclesia & de rebus ciuilibus, falsas serunt opiniones & perniciosas religioni ac ciuili hominum societati, planéque transformant religionem in quandam honorabilem barbariem: His tantis malis (profecto) decet bonos & sapientes principes, idonea remedia quære. e: Quid quod etiam posteris præstare ecclesiam debẽt? Quæ quidẽ, nisi ratio ineatur, ut pia & certa doctrinæ forma ad posteros propagetur infinitis modis dilacerabitur.*

Columba.

Quum in eos duntaxat sæuierint magistratus orthodoxi (emissis in lucem noctuarum dogmatibus) qui illa pertinaciter, magnáque ctõentione tuebantur, prohibitáque tantũmodo, doctrinæ nequã studia (aduersus quam à pleríſque doctis & bonis viris, acerrimè dimicatum est, quo pietatem, fideíq; doctrinam à sceleratarum strigum contagiis, calumniíſque liberarent) manifestum sit, bonos & doctos viros, Lutherũ, ciúsq; consortes, te appellare cõstat, eorum (præterea) errotes, ac commentitia hypomnemata, densissima caligine obrutorum insignium quorundam Christianæ doctrinæ articulorum euulsionem, affirmas. Peruetustámque fidei doctrinam (reor) veteres ecclesiæ morbos dicis: Vtinam oblatrantem obstrepentémque te, illorum vitiis, quorum vita & mores, verbis haud respõdét, audiuissem, *Apostro.*

non veritati: Adhæc, animaduersionem in hæreticos, inusitatam sæuitiam, bonorúmque & doctorum trucidationẽ esse impudenter (nec minus in orthodoxos principes cõtumeliose) asseueras. Errorum (item) per remedia istiusmodi repressionem, confirmationem abusuum, & omnimodam studiorum doctrinæ Christianæ extinctionem, pernicialiter nugaris: Porro illos, qui noctuarum blasphemias auersantur, insectãtúrque, indoctos, seditiosos, & fanaticos homines, nefarias θεομαχίας, in ecclesia spargentes, temere nominas, quib⁹ tamẽ similes, habitura est nũquã, altrix tua Strigum omnium Synagoga. Religionem (insuper) & deum colendi hactenus à summis principibus obseruatum morem, horribilem barbariem (garrula & quauis anu loquacior) asseris: Quę (per tuam fidem) sæuitia quæque animaduersio, tantis blasphemiis respondere sufficiat? Vnius Strigis iudicio, nulli docti, nulli pij, præter horrisonas noctuas, nulli (præterea) consulti: At omnium hæreticorum, vna est impudẽtia, quæ cunctos præter sese fastidit: Iam satis apparet, quorũ iudiciũ, te libenter subiturã pollicebaris: Cuius itẽ ecclesiæ iudiciũ, haud aspernabaris, quorũ (adhæc) authoritate grauissima, doctrinæ Christianæ conscribẽdam methodũ, contẽdebas: Si tale est iudicium tuũ, & ita credis, quur non ita loqueris, apertéque pronuncias, tuorum congregationem, Christi ecclesiam esse. & cathocam & orthodoxam, vestráque dogmata, Euangelium ab omnibus suscipiendum, & commenta vestra, piam, certámque fidei formam, ad posteros

ſteros propagandam? Quid ni? Quippe, ſuadere tanto verborum lenocinio, tantis ambagibus, tá táque polylogia, nihil moliris, quod eo laconiſmo, non plus ſatis exprimeretur: At forſitan, verebaris vtcunque, circunſpectorum virorum reprehenſionem. *ſerpens.*

Arbitrabatur (inſulſa) tantæ verboſitatis ſimulatione, tantóque ſimulationis prætextu, orthodoxos principes falli poſſe, eóque, deduci inſipientiæ, vt ſibi ſuíſque, ædēdæ formæ fidei prouincia (abſoluta authoritate) cōmiterent: Alioqui (inquit) infinitis modis, dilacerabitur doctrina fidei: Sed ſi iā dictis (ſtrigum ſuſurris, dogmatibúſque) illatis mundo cladibus, remedia per ſupranarrata media quærantur, nullis ſanè poſt hac, noctuarum incurſionibus dilacerabitur, niſi ex eis aliquot, ab inferis reuocet, demogorgon quiſpiam: Non tamen potuit, quantouis elegantiæ fuco, principes fideles, conſultóſque implanare. Næ, apud indoctos & ignorantes tantummodo, dolis locus eſt, ſcientibus vero, dolum intendere, aliud non eſt, quàm riſum mouere: Cęterum ex dictis, iam conſtat, quam pulchrè hallucinetur in ſequentibus, & quam fruſtra tanta βαττολογία diuexetur, ſuadere annitens, quod iam dicto compendio abſoluere poterat.

Demorgorgō magus tam excellēs, ut præſſe laruis diceretur, et illas pro nutu cogere.

Ahlen. Hyd. struth.

Extat apud Xenophontem breuis quædam, & plena grauitatis, atque animi laconici, concio Archidamii, quæ col'apſam, ac pene d ploratam ſpartam, uirtute ſua reſtituit: Hic ante id prelium, quo maximè iterum erexit patriam, cum inſtructa acie, iam ſigna canere iuberet, his uer

bis adhortatur exercitum ἄνδρες πολιταί νῦν ἀγαθοὶ γενόμενοι ἀναβλέψο μὲν ὀρθοῖς ὄμμασιν ἀποδῶ μὲν θοῖς· ἐπιγιγνομένοις τὴν πατρίδα: *O generosam uocem, & dignam rege Spartano & Agesilai filio, qua testatur magnos & fortes uiros, debere maximas dimicationes suscipere, ut posteris saluam rempub. tanquam certam sedem relinquant: Quanto magis decet. sic affectos esse Christianos, & principes & doctores, ut cupiant posteris relinquere Ecclesiã rectè constitutam ac tranquillam? Nec uerò ullius rei cura, potior & antiquior esse magnis uiris debet, præsertim is qui sedent ad gubernacula, qui utinam in tantis Ecclesiæ calamitatibus, aliquando sibi hanc honestissimam uocem subiiciant* ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς ὄμμασιν ἀποδῶμεν τοῖς ἐπιγιγνομένοις τὴν ἐκκλησίαν. *Id uerò non potest effici, nisi ritè explicata doctrina: Nam uiolenta consilia, nec sanant ambigentes animos, nec prosunt ad cõstituendam durabilem tranquillitatem: Et quanquam coercenda est petulantia, & seueris exemplis puniendi sunt qui ferunt, aut amant impia dogmata, aut seditiones excitant, tamen uidendum est, ne pariter sine discrimine exerceatur sæuitia in bonos & malos.*

serpens.

Audis (amantissima soror) insignissimam huius vlulæ stoliditatem, quæ tanto verborum fuco, robustissimos Ecclesię militantis neruos, generalia consilia, incidere posse, sese confidit, suo arbitratu factura (quod nulla aliquando potuit vis hominum) modo quod cupit, summorũ magistratuum ope perficiatur: Fecerunt principes cum summi, tum orthodoxi, quod tantas dignitates pro ecclesiasticæ tranquillitatis stabilitate, & decuit & oportuit. Constãtinus magnus,

ea de

ea de re, Nicenum consilium indixit. Cuius sen tentiam ad se delatam, tanquam à deo prolatam veneratus est, & cui si quis temptasset obniti, velut contra diuina statuta venientem, in exilium se protestatur acturum. Priuatis item sumptib⁹ curauit, sacra bibliorum volumina, & describi, & in omnes regiones transferri, quo Ecclesiæ statum tranquillum & redderet, & posteris relinqueret. De eius syncera religione, nec subdubitat quispiã sanæ mentis. De eo præterea fertur, quod tanto in honore (præter innumera alia veræ pietatis insignia) sacrosanctum Euangelium habuerit, vt codicem Euãgelicum voluerit semper sibi præferri: Theodosius senior, publicas synodos coegit, & religionis doctrinam, per omnes regiones diuulgari voluit, pacémq; hoc pacto Ecclesiæ restituit quantum potuit. Carolus magnus (qui primus ex nostris imperiali diademate coronatus est) adeo studiosus religionis & tranquillitatis ecclesiasticæ fuit, vt consilia Romæ, in Gallia, & in Germania celebrari curauerit. Tria quoque publica gymnasia, ad propagandã, cõseruãdámque Christianæ religionis doctrinam instituerit, videlicet Lutetiæ Parrisiorum, Paduæ & Bononiæ. Multa insuper erexerit monasteria: Ludouico (qui pius dictus est) hoc ipsum curæ fuit, à quo pro statu Ecclesiæ reformãdo, Aquisgrani conuentus habitus est: Quantum autem Ecclesiæ tranquillitati struduerit Sigismundus fidelis imperator, Et nostris temporibus, Carolus quintus: Adhec nostrę Galliæ Christianissimi reges, Frãciscus,

Ecclesiast. hist. lib. 9 ca. 5.

Henricúſque (patris generoſiſsima imago) Alij (præterea) Chriſtiani principes non pauci, ambigit nemo. Cæterum, quantis periculis & laboribus, ſaluas reſpublicas, poſteris quantum licuit reliquerunt ſummi quique principes, nemo neſcit: Non tamẽ defuere hoſtilia bella, ſeditionéſque ciuiles: Ita neque deerunt, vt nunquã defuerunt, qui agnitam (Satanæ ſuggeſtu) oppugnent veritatem, qualemcunque operam nauauerint principes ſummi, vt pax in poſterum, eccleſiæq; tranquillitas muniretur, etiam ſi cõcordia reipublicæ tẽporalis totius orbis, ſtabiliri poſſet perpetuo. Omni (ſiquidem) ad finem vſque ſæculi tempore (ſuos deo volente innoteſcere, gloriáq; immortalitatis fieri per varios conflictus participes) hæreſes, ſcandaláq; futura ſunt, & exercitatiſsimi ad ſupplantandum inimici, donec ab-
1. Cor. 15. ſorpta (per Chriſti victoriam) morte, immortalitalitem induent, mortalia electorum corpora: Et ita deo viſum quum ſit, credit tamen ſtolida noctua, trãquillitatem muniri in eccleſia, perpetuo poſſe, ſi eccleſiaſticæ doctrinę forma, in concordiã ſuorum nutu redigatur, quos tamen inter ſeſe diſcordes eſſe haud neſcit. Principes quoque ſummos, cũ epiſcopis, vt hac in re ſibi pro viribus obſequantur, tantis promiſsionibus, inſidiíſque verborũ, conatur illicere. Satagit (pręterea) vt conſilia generalia reiiciantur, quod ambigẽtes amicos non ſanant (inquit) nec proſunt ad cõſtituendam durabilẽ tranquillitatem, & violenta
Apoſtro. ſunt: Nequã, non ignoras per generalia conſilia, pernicioſa ſchiſmata (per quæ hæretici nõ modo verum

do, verum & Symoniaci regnant)è medio tolli, damnari errores,eorúmque decretis,hęreticorũ nomina obscurari.Existimas(stulta) tuos dolos, tuæ obductos vaniloquentiæ fuco,latere orthodoxos principes, circunspectósque episcopos? Quibus curis,quibúsque mediis, trãquillitatem ecclesię(qualẽ potuerunt)restituerũt Christiani principes ac posterit reliquerunt? Nunquid sacrorum consiliorum suffragiis; quibus & ambigentes animi(non pertinaces) perfectæ incolumitati,restituti sunt?At violenta ea,impudenter affirmas,nihil proinde, aut profuisse, áut profutura esse,quum tamen oppositum senserint tanti principes, támque eruditi viri, ipsa quoque experientia doceat,impiè te loquutum.

columba.

Mirabilis (sanè) noctuarum impudentia, quæ tanta insensibilitate,auersatur omnium iudicia: Dic(per geniũ tuũ te obtestor)Si ex tuis Synodus cogatur,cuius decreta(vt cupis)summorum ope principũ, à cũctis necessario obseruari oporteat,Nũquid erit,&tua Synodus violenta? Inutilis proinde(vel tua censura)ad sanandos ambigentes animos,atque ad constituendam trãquillitatem durabilem inefficax: Nam quod compelluntur vniuersi, consiliorum amplecti decreta, violenta appellas. Atque ita Nicenum violentũ fuit, nec minus Constantinopolitanum,cæteráque sacrosancta:Quin,& Apostolorum,qui Hierosolimis decreuerunt (in spiritusancto congregati)à suffocatis abstinendum& sanguine:Et nõ minus violenta contendes,quæ in posterum,tuã *Acto.15.*

execrabuntur perniciem:Nihil ergo (tanto verborum apparatu) moliris, quàm tua dogmata, à cunctis excipi,quantumuis de Christiana doctrina aliter senserint, summi mundi monarchæ, cũ quibusuis eruditis viris, Rebellésq; post hac sũmorum principum ope, profligandos decernis. Cæca, non cernis Principes summos, orthodoxos omneis(& quos nominatim commemorauimus,& quorum prætermisimus nomina)tua dãnari impudentissima stoliditate?Vniuersos(præterea)sacrosanctę(priorum sęculorum) ecclesiæ episcopos? Quippe, summa religione, venerati sunt ea,quæ tu,reliquæque noctuæ,magno fastu contemnitis.Adhæc,eos adhortaris,ecclesiæ cladibus compati, intueríque qualem & quam merito deplorandum posteris relinquant statum ecclesiæ,ac si cæci, insensibiléſque,neque viderẽt, neque sensum haberẽt præsentium malorũ.Vtinam & tu attenderes,tuam, tibíque similium noctuarum temeritudinem,tam multarum & calamitatum & cædium,scandalorúmque,esse scaturiginem .Et tibi hanc vocem terribilem (illius, qui vtraque parte, acutã romphæam ore gestat) frequentius subiiceres,Vę homini illi,per quem scandalum venit.Et quasi in alios,quam in hæreticos, sæuierint, aut sæuire iusserint Christiani principes, at sine discrimine in bonos pariter & malos,eos tandem admones(ac si rerum sensum non haberent) ne absque discrimine sęuiant in omnes.Existimas ergo, indiscretis,& personarũ qualitate,& rerum momentis,eos in quempiam sentẽtiam ferre.Quod quã iniuriosum sit sublimioribus

Apoc.1. & .2. Math.18

mioribus

mioribus poteſtatibus, quamobrē & deo (cuius ſunt vindices) iudicet oculatus quiſque: Hanc inſolentiam, quis libenter auditurus eſt? Sequatur tamen.

Ahlon. Hyd. struth.

Sed ut redeam unde digreſſus ſum: Et quidem maxime opto, ut de aliqua integra methodo, synodus aliquādo deliberet: sed quum hoc tempore uiderem, in tanta uarietate diſputationum atque opinionum, imperitis, quaſi regiones monſtrandas eſſe doctrinæ Chriſtianæ, eóſque præmuniendos eſſe, contra pernicioſas, atque impias opiniones, coegi hos locos in compendium, bono ſtudio, & quantum potui, dedi operam, ut ordinem & uiam ad docendum accommodatam adhiberem, méque in ipſa Methodi ſepta, diligenter incluſi: Quod ut faciam, & ſi etiam ingenii infirmitas me cogit, tamen habeo aliquam conſilii mei rationem: Quanquam enim ſunt nonnulli, excellentibus ingeniis præditi, qui uelut Phidias tribuit ſtatuis, non ſolum aptam harmoniam membrorum, ſed etiam dignitatem & amplitudinem, ita & ipſi, ad methodum adiungunt ſplēdorem & lumen orationis, ad illuſtrandam rerum magnitudinem: Tamen hæc felicitas perpaucorum eſt. Ego meo me pede metior, ac ſatis agnoſco me, diuinam illam Phidiæ formam, atque ideam, affingere non poſſe, ac facilè patior me, inter ῥωποπώλας & minutorum operum figulos, numerari: Quare maiori cura ac ſtudio, illa artis ueſtigia conſector. Scio multos alios, magis delectari, liberis declamationibus, & has anguſtias Methodi fugere: Sed plerique dum ſibi indulgent, ſæpe à ſcopo deerāt: Et dum multa extra cauſſam magna uoce ſonant, manúque lota, nihil certi lectorem docent. Illam uero licentiam Academico more diſputandi, māxime odi, quam ſibi ſumunt nonnulli, qui &

rectè tradita ab aliis, calumniosè deprauant, ac euertunt, & sine lege, sine delectu, sine authoritate ueteri quicquid libet dicunt: Quod de Tātalo, inquit Euripides ἀκόλαστον ἔχει γλῶσσαν αἰσχίστην νόσον Profecto in Theologo, turpissimus est morbus, linguæ petulentia: Meminisse nos decet, quo in theatro uersemur, iudicem habemus Christum, spectatores angelos, auditores infirmos, quorum animi facilè sauciātur columba.

Si nullam nō respuis Synodum, tuis obstrigilaturam dogmatibus, quur optare te dicis, vt de integra methodo, Synodus aliquando deliberet, auersatura (dubio procul) vel futuram synodum, nisi pro tuo arbitrio cuncta decernat? Si præcedentium Consiliorum (quæ violenta superbè appellas) decreta magno fastu contemnis, qui confidemus ita fore, vt futuri libenter sub eas consilij sententiam, nisi ad tuam pertinaciam conformiter definiat? Quod etiam fecisse Culinam nō ignoramus: Quum itaque optes, pro tuo, tuorūque (quos solos doctos & optimos existimas) arbitrio, cuncta decidi, & finem imponi vniuersis de fide contentionibus (rem sine controuersia, monstrosam) haud tamen apertè dicere audes, te cupere, vt cura, prouinciáque, de pia certa & integra deliberandi methodo, tibi, tuísque credatur, verita, ne superbissimam impudētiam tuam (exquisito admodum verborū loculo, intectam) plus satis exereres. Aliud tamen persuadere non optas: Nec magno id labore, ex tuis lamentis deprehenditur: Porro, quod eam impudentiam latere circunspectos credebas, ingentis est stoliditatis argumentum. Maliciam stultitia deserit

ſerit nunquam:Nec Hydram, Struthiocamelus. Adhæc, quum hæreticę prauitatis, Lutheranæ-que impietatis, non paucos articulos cogas (ſanè inſtabilium caſſeis) gloriaris tamen te bono ſtudio, ſubiunctos locos coegiſſe, quo imperitis, quaſi regiones monſtrares doctrinæ Chriſtianæ,eóſque contra pernicioſas & impias opiniones præmunires: Qui aliquando hæretici,ſimilia non dixerunt,tametſi ea docuerint,quibus veritatem pro viribus opprimerent eorum dogmatiſtes? Qui(præterea) fideliũ opiniones, pernicioſas & impias , tecum non appellarunt? At quemadmodum nihil illi potuerunt, oppugnatione(tametſi crebra)nec tu,tã ſtomachoſa procacitate,veritatẽ opprimere ſufficies:Quin prolongata(tanta temeritudine) iniquitate tua, dominus tandem ſuperbiſsimam ceruicem tuã cõcidet,eríſque cum tuo dogmate,tanquam fœnũ tectorum, quod exareſcet priuſquam euellatur: Psal.128.
Quippe veritatem oppugnare doces, & veridicis refragari,ne tuis implanatos præſtigiis retrahant opportunis diſputationibus,orthodoxi:At ſapientia vincet, profligabítque tuam malitiam, Sapien.7
perinde ac cæterorũ peruerſitas hæreticorũ, ad perniciem iam deducta eſt.Nunc quos conferat Phidię aperi.

Serpens.

Noctuarũ didaſcalos, eiúſque ſodalitij genearchas(nunquam ſatis execrandos) Statuario clariſsimo,& nunquam ſatis laudato,æquabiles facit,eis ſolo verbo (reor)deferẽs:Fateor,in humanioribus literis verſatos eorum aliquot,in dictã-

Hierony. do,ſcribendóque plurimum habere leporis. At dum ſua homines ſuauitate delectant, aureíſque dulci modulatione capiunt,animã quoquepenetrant,& interna pectoris deuincunt. Nulla tamẽ ibi veritatis ſaturitas,nulla iuſtitiæ refectio reperitur:Succurit,nec extra propoſitũ,quod Lacon quidam luſciniæ (quod minimum carnium reuulſis plumis reperiſſet) dixiſſe fertur,vox quidem,vox tu es, præterea nihil: Neque illorum ſcripta aliud continent, quàm inanem ſonum & verborum ſtrepitum,præter veneni præſentiſsimi plurimum,gratia & ſermonis amœnitate obducti,quo incauti minus deprehendant.

Columba.

Video opertum verbis ſequentibus Struthiocamelum:Quum enim talẽ,tantámque ſeſe exiſtimet noctua,quæ,piã certã & integrã fidei, doctrinæque Chriſtianæ,vniuerſis præſcribendam methodũ(quo pax eccleſiæ reſtituatur,& i poſterũ muniatur,ambigentes quoque animi,integræ incolumitati reſtitutã ſtabilitur) cõcinnare ſufficiat,Cuiuſque iudicio,ab omnibus deferẽdum ſit,quantumuis aliter ſenſerint innumeri, à mille & quingentis annis, vtriuſque ſexus homines Chriſtianiſsimi,ſimul & doctiſsimi,tum principes ſummi, tum eccleſiaſtici,tum populares, ait tamẽ:Ego meo me pede melior, ac facilè patior me inter puellarium imagũcularum & minutorum operum artifices numerari,Inflati animi,humilia verba:Credit ſtolida ea humilitatis vmbra, totum impudentiſsimæ ſtoliditatis corpus, ſic eſſe opertum,vt lateat cunctos:Omnes diſſentaneos,

neos, perinde ac triobolos fastidit:Extra sodalitatem,neminem magnifacit, omnibus & vitæ & doctrinæ instituta præscribit, legésque,& se suo pede metiri iactat, quum tamen omnem modestiæ ratiōnē & metam adeo transiliat, vt nec ante eam, quempiam sic transiluisse, fama vulget. Ait,præterea, Illam autem licentiam Academico more disputandi, Maxime odi, quod qui illā sumunt,rectè ab aliis tradita,calumniosè deprauāt,inquit,ac euertunt,& sine lege,sine delectu, sine authoritate veteri quicquid libet dicunt:Fastidit quę se suo pede metitur,oditque maxime, quod & innumeris solertibus viris per placuit, & innumerorum ferax est fructuum bonorum, quod supra dictum est.

serpens.

Quum Christianos manifesta vi persequi vereretur,Iulianus apostata,calliditate potius abolendos censuit,quamobrem illis scholas interdixit,vt non instituerentur Christiani,existimans eruditione summota,religionis doctrinam, facile interiturā.Crudelissimus ille, fidei Christianæ hostis & Antichristus Mahometes,quo propriæ impietatis præscriptam formam,ambigentibus,nutantibusque animis(ob varias & dissentientes de religionis doctrina opiniones) suaderet facilius,atque in posterum stabiliret.Nactus opportunitatem à dissipata (propter varias hæreses,maximè propter impiissimum Arrij dogma)ecclesiarum tranquillitate, sustulit disputationes vniuersas: Statuens ne fidei doctrina in ambiguas disputationes vocaretur . Quod pro-

bantibus multis (Nam ambigentibus, instabilibus, & incautis, plausibile erat) tādem illius impietatem complexi sunt, gētes, iudæíque, Arriani, & Christianæ religionis apostatæ: Post hac vetustissimum Aegypti gymnasium, à præclaris principibus, maximis sumptibus, & extructum & conseruatum, in quo omnis sapientiæ & disciplinæ, plurimū tradebatur (nec sine summo dei beneficio) aboleri & perire volebant Mahometistæ, extincto iam per Mahometem eius scholæ exercitio, postquam supra duo milia annorū floruerat. Hæc tam impia pro diuinæ religionis abolitione, infestissimorū fidei hostium inuenta, noctuis (de orthodoxę fidei gloriatione turgidis) perplacent: Siquidem maximè oderunt, modestas Academicorum (ad exacuenda ingenia iuuenum inuentas) disputationes, ex quibus (prętèr hęc quot orbi Christiano commoditates afferūtur supradictum est. Eas autem, linguę petulantiam (turpissimum in Theologo morbum) appellat. Tum demum, Academicos admonet, ac si cæci essent (plurimis curis affecta Strix) ne sint immemores, quo versentur in theatro.

Columba.

Stomachatur (suspicor) propter leuia quędam, & ridicula nonnunquam, quæ interdum in ipso disputationis cōflictu, feruoréque, effutiunt Academici tyrūculi (quę tamē per gymnasiarches emēdātur) prętermissis nequiter, stolidęque, maximis Theologici exercitij prouētibus: Sed hæ rectorū omniū hic mos est: Quicquid enim illis aduersatur, totis viribus abrogandum contendunt

dunt(suæ velamen prætēdentes malitiæ)si quid in ea re,imperfectū, quouis quæsito colore appareat, astu intactis,ex ea re enatis fructib':Nec mirum. Tenebras tantummodo intuētur lusciosi Noctuarum oculi,quarum & linguę,adeo improbæ sunt, petulātésque,vt nullæ aliæ deteriores,blasphemæ,superbæ,garrulæ,probos quoslibet verbis petulantisśimis insectantes, fideique antea pacatam doctrinam, in dubium reuocantes:Quod tamē criminis genus, impudenter admodum,inscitæque, Academicis Palæstritis confert Noctua,quū sibi potius suísque,merito imputandū esse,meminisse debuisset. *serpens.*

Solerter de noctuarum petulantia disseruisti: Nunc attende,quæ ad criminis petulantiæ abundantisśimum cumulum,sequuntur.

Ablon. hyd. struth.

Ideo & religionem ac fidem,quàm debemus rebus sacris,præstare studu :Et ne res alioqui intricatas, magis etiam inuoluerem,adhibui proprietatē in explicando quantā potui. Eámque ob caussam usitatis in ecclesia uerbis usus sum,et interdū à scholis uerba quædā mutuatus sum, quæ sunt cōdonanda temporibus:Cæterū dedi operam ut sermo esset perspicuus. *columba.*

Siste parumper: Deprehendo turpisśimum,ne dixerim in Theologo,sed in quouis logodædalo,linguæ morbum,tam infrunitam Strigis, huius linguæ petulantiam: Si præstare studuit religionem, ac fidem, quam sacris rebus debent vniuersi, quomodo eisdem rebus sacris, religionem, fidémque præstare (quam debuerunt) studuerunt,orthodoxi omnes,tū principe [illegible] sum- *Logodæ-dali qui sermonis ornatu dolū colunt*

mi,tum ad gubernacula ſedentes epiſcopi, túmque alij fideles innumeri,ea ſtabiliri ſtudioſè cu rantes,quæ noctua hæc,& perniciosa contendit & impia,ac proinde abolenda? O certè impudẽtem,& in vniuerſam Christi eccleſiam cõtumelioſam Strigem. Si enim ex tanto cœtu, Nullus præſtare ſtuduit eam religionem ac fidem,quàm rebus ſacris debemus omnes, Nullus ante hæc tempora pius, religioſus nullus, nullus fidelis, nullúſque errori non obnoxius pertinaci. Quippe noctuarum dogmata, toto pectore auerſati ſunt: Nę, intolerandam hanc blaſphemiam,impunitam relinquere, haud poſſunt magiſtratus, dei vindices. Iam tu ſequere vt libet(dilecte.)

Serpens.

Neque intacta relinquere decreueram,annexa tantæ impudentiæ verba: Adhibuiſſe in explicando,quãtam potuit proprietatem, ne res alioqui intricatas magis inuolueret gloriatur, quáobrẽ & vſitatis in eccleſia,ac ſcholis,verbis vſus ſum (inquit) quum tamen perſpicuos doctrinæ Christianæ locos,faciléſque ſententias, implica tionibus variis obſcuraſſe, certiſsima quoque, aut ambigua reddidiſſe,aut tanquã erronea damnauiſſe,eam manifeſtum ſit, neque aliud, è ſcripturis perperam intellectis euoluiſſe quàm erro res. Hęc vera eſſe haud inficiabitur,quiſquis delibrabit ſequẽtis libelli diſtinctos locos, eos maximè, quos controuerſos reddidit noctuarum impietas: Iam ſequatur quæ ſiſtere gradum iuſſa erat,& audiamus.

Ahlon. hyd. struthio.

Non

Non admiſcui peregrinas diſputationes. Et ſi enim ita ſta tuo, eos qui non ſunt inſtructi liberali eruditione, non ſatis idoneos eſſe, ad exponendam religionis doctrinam, & in pleriſque locis quædam ex aliis literis aſſumenda ſunt, interdum conferendæ quædam ſentētiæ religionis, cum philoſophia, tamen ut in aliis rebus ita hic quoque modus gratiſsimus eſt: Adiuuemur ab aliis artibus in hiſipſis rebus illuſtrandis, in inſtituenda œconomia, ſeu ut ita dicam, in ipſa ædificii forma delineādā. Nam indocti ne poſſunt quidam res intricatas aptè diſtribuere, ſed ſæpe miſcent non cohærentia, aut diuellunt coniuncta: Nec ſemper uident, quid ſit in controuerſia, ubi confligendum ſit: Adhæc plerique loci, collatione philoſophiæ fiunt illuſtriores: Neque tamen confundanda ſunt artium genera: Non obruenda eſt doctrina Chriſtiana alienis diſputationibus. Ego etiam ne prolixior eſſem, parcius quàm licuit, delibaui quædam ex aliis literis: Paulus uult eos, qui tradunt doctrinam religionis, eſſe διδακτικούς: Quod profectò nemo præſtare poteſt, rudis aliarum literarum: Itaque & ſi ſunt aliæ præſtantiores uirtutes, pietas, uſus uitæ, experientia ſpiritualium certaminum, prudentia, tamen impudentes ſunt hi quoque, qui cum ſe interpretes doctrinæ Chriſtianæ eſſe profiteantur, non dant operam, ut adiungant liberalem eruditionem, quæ non ſolum ornamento eſt eccleſiæ Chriſtianæ, ſed aliquid ipſi doctrinæ lucis addit.

Columba.

Hæreticorum ſemper fuit, de eruditionis liberalis, & ſcientiæ ſingularitate gloriari: Immo (vt dictum eſt) in literis humanioribus, & vana mūdi ſapientia exercitatiſsimi, inque Græcorum lingua eruditi, iam fato ceſſerunt non pauci, loquaces & lingua acuti, qui multos poſſent ſer-

monis pronunciatione & dicendi promptitudine decipere: At in ipsis sanum, aut firmum nihil, sed imaginatio decora verborũ, ad stupefaciendos auditores: Tales sunt (reor) de liberali eruditione tumentes noctuæ.

serpens.

At eruditiores non sunt, Dionysio Areopagita (qui lumen orbis dictus est) Tertulliano eloquẽtissimo: Ireneo, Dionysio Alexãdrino, Affricano, Cypriano, Athanasio, Hilario, Basilio magno, Didymo cęco, Gregorio Emisseno, Gregorio Nazanzeno, Ioã. Damasceno, Epiphanio, Chrysostomo, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, & Gregorio magno, aliísque penè innumeris viris catholicis & incõparabiliter doctis. Et tamen de religionis doctrina, opposita verbo scriptóque, & docuerunt, & defenderunt.

columba.

Idoneos proinde, ad exponendam religionis doctrinã, negare non poterit Theutonica Strix. Quur ergo totis studiis, tanquam perniciosa, & impia, molitur explodere, quæ tãti viri (noctuis, ætate & scientia, vitæ merito, & totius orbis testimonio præstantiores) corde crediderunt, intrepide ore dictarunt, & scripturarum monimẽtis condita, posteris veneranda reliquerunt? Fortasse cum Culina dictura est, errare eos potuisse (vt hominibus accidit sæpenumero) nec recipiendos proinde, in quibus à noctuis dissident: *Ironia.* Porrò noctuis, verum pro falso ducere, falsúmque pro vero, contingit nusquam: Christianis auribus inimicissimam, & piis quibuslibet, infe

stissimam

ſtiſsimam hanc vocem, quis nõ moleſtè audiat?

Serpens.

Talis eſt immundi ſpiritus manciporum, dementia, impudentiáque: Extiterũt ante hęc tempora hæretici, qui (cum ſuæ inſaniæ, Apoſtolorum dicta opponerentur) ea Apoſtolos vt homines dixiſſe, impudenter blaſphemabant. Haud mirum igitur, ſi huius temporis noctuæ, tã ſplendida mundi lumina (Apoſtolis tamen minora) à vero deflectere potuiſſe vt homines, dicere non vereantur. *Aetiani.*

Columba.

Si in his quæ ad religionis ſpectant doctrinam pro vero, falſum approbarunt (vtpote in his in quib⁹ noctuis aduerſantur) ſatis idonei minime fuerunt, huius noctuæ iudicio, ad explicandam religionis doctrinam, quantumuis doctrina incomparabiles, & omnigenæ virtutis decore conſpicui: Neque etiam theologi noſtri, quod ſunt (eius opinione) aliarum literarũ rudes, ſatis idonei erunt. Decernat itaque glorioſè erudita, ſolis noctuis (de liberali eruditione turgidis) conceſſam, aut certè merito concedendam, iſtiuſmodi doctrinæ religionis explicandę, idoneitatem, authoritatémque, quod libenter (aliquantulo pudore ſummoto) & apertè pronũciaret: At opere præſumpſit, quod verbo auſa non eſt.

Serpens.

Demoſtene diſertiores, acutiores Chryſipo, & Platone ſapientiores, ſeipſas ſibi perſuadent noctuæ, pellectis quoque à ſeſe. *Hierony.*

Columba.

Nec minus elicitur ex dictis Noctuæ, nullos ab Apostolis fuisse, nullos (adhæc) esse, ad explicandam religionis doctrinam, satis idoneos: Si quidem neque prisci illi, doctrina incomparabiles (quod vt homines Noctuarum sententia, à vero, rectóque deflexi sunt) Neque moderni, liberalis eruditionis (earumdem opinione) expertes theologi: Porrò noctuas, tam turpiter lapsas, idoneas minime iudicabit, qui cæcus non erit. Prodigiosa (sanè) dicta, scriptáque noctuarum, ex quibus tam absurda euoluuntur. Peregrinas autem disputationes, sese admiscuisse pernegat, non aliter (reor) non admiscuit, quàm cæteri hæretici, tamen perfricta fronte, nusquam lapsam sese gloriatur: Vbique fecisse quod oportuit, & cauisse quod decuit, iactat sese: Academicos quoque, occulte derridet, vt hæreticis moris est. Postremo, eos impudentiæ insimulat, qui quum (inquit) profiteantur sese doctrinæ Christianæ professores, non dant operam, vt adiungãt liberalem eruditionem (vel si præstantioribus virtutibus redimiti forent) quandoquidem ea non solum ornamẽto est ecclesiæ, sed aliquid ipsi doctrinæ lucis addit: Aspernatur (indubiè) Romanorum pontificum, episcoporum innumerabilium, Theologiæ professorum, presbyterorúmque, ac monachorum, ob virtutes verè apostolicas, vitæq; admirandæ integritatem spectabilium (liberali eruditione, suo iudicio fortasse expertium) pro religionis doctrina in sacrosanctis Consiliis coeuntium decreta, quod tales inidoneos censeat, ad ea explicanda, quæ Chri-

stianæ

stianæ doctrinæ sunt. Reiicit (præterea) per nostros, in futuro consilio decernenda, si aduersa fuerint, obiectura, liberalis eruditionis ruditatẽ. Solos itaque propriæ impietatis fautores, in definiendam Christianæ doctrinæ methodũ, Idoneos existimat quum tamẽ intelligant minime quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Horum iudicium nunquam aspernabitur, quorum & deliberationem maximè optat, quod soli docti & optimi sunt.

1. Tim. 1.

Ironia.

serpens.

Charitatem, virtutémque, donis ministeriis, & operationibus spiritus, non modo dono linguæ, præfert diuinus Apostolus, Increpans eos, qui ob munera istiusmodi tumentes, inter se altercabantur: Quin, & humanæ literaturę sapientiam, sine charitate, virtutéq; nihil prodesse non modo, sed officere maximè decernit, ita ĩquiẽs, Scientia inflat, quum tamen charitas ædificet. Et vtinam animaduertat noctua, quam in nulla æstimatione habeat idẽ Apostolus, in prædicando Christo, & explicãda religionis doctrina, humanam sapientiam, & sermonis ornatum: Non misit me Christus baptizare (inquit) sed euangelizare. Non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo: Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius sæculi? Nonne stultam fecit deus sapientiã huius mundi? Nam quia in dei sapientia, non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo, per stultitiam prædicationis, saluos facere

1. Cor. 12. 13. 14.

Coloss. 3.

1. Cor. 8

1. Cor. 1.

Esa. 29.

Esa. 33.

credentes:Hæc,multóque plura in priore,prioris ad Corinthios capitulo: In sequente,Sermo meus, & prędicatio mea, non in persuasibilibus humanę sapientię verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis,vt fides vestra non sit in sapientia hominum,sed in virtute dei.Et paucis interpositis: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus,sed spiritum qui ex deo est,vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.Et alio in loco eiusdẽ epistolæ:Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat,vt fiat sapiens,Sapientia huius mũdi stultitia est apud deum. Scriptũ est enim, Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum, Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt. Præterea in quarto eiusdem, Tanquã venturus non sim ad vos,sic inflati sunt quidam.Veniam autem ad vos citò, si dominus voluerit, & cognoscam non sermonẽ eorum qui inflati sunt,sed virtutem.Non enim in sermone est regunm dei,sed in virtute. Adhæc in altera epistola,propter calumniatores, qui propriæ cõfidebant eloquentiæ, quamobrem Apostolum tanquam idiotam,& Græcæ sapientiæ ignarum fastidiebant (aiebat) Vt autẽ nõ existimer tanquam terrere vos per epistolas, quoniam quidẽ epistolæ (inquiunt) graues sunt & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo cõtemptibilis &c.Et si imperitus sermone,sed nõ sciẽtia.His & aliis dictis innumeris, externæ sapiẽ-

1.Cor.3.

Iob.5.

Psal.93.

1.Cor.4.

2.Cor.10

tiæ vim omnem ſubuertere videtur,non modo inutilem demonſtrans, verum & gloriam crucis deuaſtare, atque ad diuinam illam & cœleſtem ſapientiam aſſequendam, impedimento eſſe potius & iacturæ, quod præ animi tumore,diſcere ab aliis dedignatur: Eam (adhæc) habendam contemptui, quiſquis diuinam ſcientiam aſſequi voluerit, non aliter qua quiſquis in deum diues eſſe cupit, temporalia contemnat oportet: Vt igitur ignominia,in gloriam cedit, & inopia in diuitias,ſic & humanæ ſapientiæ (ſi niſit)cōtemptus,apud deum ſapiētia ducitur.Nunc magnifaciat noctua quantum volet, liberalem humanarum literarum eruditionem, quam nec reii cimus omnino(euangelicæ prædicationi plerūque obſequentē)ſed cum Apoſtolo Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum nos ſcire gloriamur,etiam ſi humanæ ſapientiæ expertes fuerimus. *1.Cor.2.* Porro liberalem eruditionem ſi calluerimus, non magnifacimus admodum: Nec tanti exiſtimamus eam,vt ſaluti noſtræ, aut euangelicę doctrinę neceſſariam putemus,Apoſtolus ſi omniū linguis loqueretur, diuinorum tamen ſenſuum maieſtatem,non poterat Grȩce eloqui,vel digno explicare ſermone,habebat proinde Tytum interpretem,ſicut beatus Petrus Marcum:In concilio Niceno, Confeſſor quidem epiſcopus,ſimplex & ſermone imperitus,nihil aliud ſciēs,quā Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum, hominem philoſophū in arte dialectica inſignem,& quem cȩteri coepiſcopi conſtringere nō poterant,tāta virtute concluſit(oſtendente deo non in ſermo-

Hiero.ad Hedebiā. ad queſtionem.11.

Ecceleſiaſt. hiſt.li.10. c.3.

esse regnum dei, sed in virtute) vt palam confiteretur, in sene loquutum deum. Simile narratur de Alexandro Constantinopolitano, admirandæ cõuersationis viro, experte tamen, philosophicę disputationis: Hic quum de dogmate, cum infideliũ Philosophis, imperãte Constantino, disputaturus esset, vni eorũ, qui disputationis vniuersæ negotiũ susceperat, imperauit in noĩe Christi, ne loquerentur. Móxque, vt Philosophus sermonem audiuit, obligato ore conticuit: Alter quidem confessor, sed laicus, simplex, & disputationis expers, humanæque eruditionis, dialecticis aduersus religionis doctrinam contendentibus, verbis istiusmodi satisfecit. Audite, inquit, Christus & apostoli, non nobis artem dialecticã tradiderunt, vanámque verborum fallaciam, sed puram scientiam, fide & bonis operibus obseruandam. Pauca hæc ex multis produxi, nõ vt dãnandam existimes, humanæ sapientiæ eruditionem, at vt scias non, tantopere necessariã, Christianæ religionis doctrinæ, quantũ ogãnit Strix Theutonica: Nec magnopere, fidelibus curę esse debet. Quid Aristoteles, addã, quid Plato, quid Demostenes, quid Chrysippus, aut alij quiuis, aut Philosophi, aut Oratores: Sed quid Christus aut eius Apostoli docuerunt.

Trip. hist. lib. 2. c. 4

Hist. trip. lib. 2. c. 3.

Hiero. cõtra Pelagianum.

Columba.

Ex his quoque videre licet, quantã habeat vel in religionis doctrina virtutẽ, fidei simplicitas, & vitæ innocentia, quam tamen, cæca malitia & stolidus error, hac in re fastidit: Sed concedamus virtutem, absque liberali eruditione ad explicãdam

damreligionis doctrinam, minus idoneam esse. Certè virtutem,liberali iunctam eruditioni,idoneam negare non poterit, quin & magis idonea æstimanda erit, quàm liberalis sine virtute eruditio,quæ tantũmodo inflat,& discere dedignatur,teste tumida hæreticorum omnium impudẽtia.Quomodo igitur audiendæ striges,quæ sanctissimis illis,simul& doctissimis patribus.Item & sacris consiliis,ex eisdem constantibus,refragantur?Si talium quemlibet,ad explicandam religionis doctrinam,satis idoneum proprio iudicio decernit,vel inuita, multomagis eos, vna in spiritusancto legitimè congregatos,idoneos existimari oportebat : Quod si gloriantur noctuæ, sese habere verbum dei, quod Patribus illis, aut sanctis consiliis opponant,aut verbi dei ignaros eos fuisse oportuit,aut minus idoneos eiusdem verbi interpretes:Synodi (adhæc) sacrosanctæ, immo spiritus ipse veritatis eisdem præsidens, falsa nobis,pro veris suggessit,& tanto tempore nos fefellit.Et si prisci illi patres,quanquam virtute,doctrináque clarissimi, minus idonei fuerunt, nec religionis doctrinam verè explicuerũt pro temporum cõditione, Sacrosancta consilia, Quorum(quæso)patrum coitio,quęque Synodi pro noctuarum iudicio posthac sufficient, religionis explanare doctrinam? Nihil planè præter absurda pariunt noctuarum stridores:Absoluamus proinde quod superest.

Serpens.

Noctuam solerter cõclusisti: Pauca ex hac epistola supersunt,attente audi illa.

Ablonment. Hyd. struth.

Ac planè, dignos odio esse censeo Anabaptistas, et si qui similes sunt, qui ineruditam quandam & Barbaricā Theologiam, in ecclesiam inuehere cōnantur, & contendunt nullis literis opus esse. Quare omnia confuse, sine arte dicunt: Nullam adhibent antiquitatis noticiam, nullam collationem ex aliis disciplinis: Atque hi suum habent theatrum: vulgus enim quia natura odit artes gaudet earum dignitatem eleuari: Verum hæc persuasio, non solum officit studiis literarum & ciuili uitæ, quàm tuentur cæteræ artes, sed etiam nocet religioni. Nam eruditio non solum hoc nomine prodest, quod acuit iudicia, quod docendi formam monstrat, sed cōducit etiam moribus. Nam ut quisque eruditissimus est, ita diligentissimè magnitudinem rerum, animo metitur, quod curam & solicitudinem rectè docendi auget: Contra inscitia, negligentiam in bonis alit, confirmat in malis audaciam, qua nulla maior est ecclesiæ pestis. Multo enim confidentius uociferantur & pronunciāt mali, ubi authoritatem sibi arrogare, sine doctrina possunt. Quare omni contentione censeo, incitandos esse ad iustam discendi rationem, & ad uera studia cum religionis, tum aliarum optimarum artium, omnes qui utiliter seruire ecclesiæ cupiunt: Inuitantur autem ingenia exemplis, iuxta illud hesiodium ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων. Itaque & si mea scripta non sunt perpolita, tamen ut nihil aliud præstem, certè methodus monere lectores potest, ad res tantas exponendas, aliis etiam literis, atque artibus, opus esse, uale.

Columba.

Odio dignos censet deploranda eiusdem funestæ radicis germina Anabaptistas, quod præ cæteris strigibus (reor) plus satis blasphemant

ea quæ

ea quæ minime intelligunt, inque apertiſsimè notis,corrumpuntur;Propter quod, in reliquarum noctuarum dedecus maximũ ceſsiſſe(haud ſtulte)exiſtimat. *Iudæ uni co.*

serpens.

Tametſi ab Eunomio traxiſſe originẽ dici poſſint (Rebaptizabat ſiquidem Pſeudonymus ille in nomine dei increati, & in nomine filij creati, & in nomine ſpiritus ſanctificatiui:& à creato filio creati,iam baptizatos)aut à Donato. Ex Lutheranæ tamẽ peſtis radice,repullulaſſe ſurculos iſtiuſmodi, haud abſurdè duxiſti: Quippe eam perniciem longua vetuſtas, alioqui peremerat: In eandem tamẽ coeunt impietatem cum Anabaptiſtis Lutherani.Nihil videlicet plus quærere deum, quàm vt in eorum fide ſit quis, quod blaſphemiæ genus, è cœno Eunomianorum emerſiſſe conſtat.

Columba.

Duo(præter hæc)noctuam dicere, at plurimũ inſcite animaduerto: Liberalem eruditionem, Ciuili vitæ nedum,verum & religioni,& moribus conducere: Nam vt quiſque eruditiſsimus eſt(inquit)ita diligẽtiſsime, magnitudinem rerum animo metitur.Hoc primum dictum,ex hęreticorum omnium eruditione,falſum eſſe conſtat:Vtinam nihil literarum habuiſſent, excepta fide quàm Carbonario fuiſſe fabulantur:Nimirum ſcientia inflat. In aliis (præterea) eruditis innumeris, idem exploratum eſt:Aliud huic oppoſitum: Inſcitia,in bonis negligentiam alit,& confirmat in malis audaciam; hoc poſtremum

nõ alterius teſtis ꝓbatione indiget, quàm ipſius experiẽtię: Cernimus idiotas cœlos rapere, Fœmineum quoq; ſexum, quem ob ruditatem maximè, deuotum vociferamur: Stupendam audiẽs quorumdam rudium, & liberalis eruditionis expartium conuerſationẽ, eruditiſsimus, Pater Auguſtinus, exclamabat: Stulti, & idiotæ rapiunt cœlos, & nos cum ſcientiis noſtris in carne volutamur, &c.

serpens.

Attende (ſoror dilecta) Quis neſcit opes, & ſtudiis literarũ, & vitæ Ciuili, religioni (præterea) boniſque moribus, plurimum vtiles eſſe? Contra, inopiam, & corporis ægritudinem, officere plurimum, neminem latet, quibus tamen bona corporis valetudo conducit: Haud tamen protinus frugi eſt, eruditus eſt, pius eſt, quem deus, muneribus iſtiuſmodi donat. Nec iniquus, aut impius, cui eadem deus, pro ſua inſcrutabili ſapientia, adimit. Quin, innumeros cernimus, diuites, & bona pręditos corporis valetudine, ignauos tamen, & circa literarum ſtudia negligentes bonorum morum contemptores, audaces in malis, auaros, ſuperbos, veneríq; deditiſsimos, proinde vitæ Ciuili parum officioſos, ac multominus religioni: Contra innumeros, multa oppreſſos egeſtate videmus, bonarum artium ſtudioſos, & eruditos, quamobrem, ciuili vitæ vtiles: Pios (adhæc) probóſque. Variis item correptos morbis, ingenio pollentes, literis deditiſsimos, ac religioſos, proinde vtrique politiæ, haud parum obſequentes. Itaque, neque qui liberali eruditione

ditione tument, ſunt (neceſſario) vitæ ciuili vti-
les; ſed ſcelerati plerunque & impudẽtes, Quid
vtrique politiæ profuit, Apoſtatæ Iuliani, cæte-
rorúmque, non diſsimilium, tanta eruditio? Ne-
que qui eadem carent, ſcientes tantummodo Ie-
ſum Chriſtum, mox in malis audaces ſunt, ne-
que bonorum curam nullam habentes: Quem-
admodum igitur, exhortandi ſunt opulenti, vt
rectè opibus vtãtur, quo vtrique vitæ vtiles ſint,
(ad dictum Apoſtoli conformiter) Alioqui diui 1.Tim.6.
ti obſunt plurimum parte opes. Sic & admonen
di, qui liberali ſunt eruditione inſtructi, ne ſu-
perbiant, ne efferantur animo, ſed timeant, & hu
milibus cõſentiant, neque apud ſemetipſos pru- Rom.11.
dentes, pluſquam oportet ſapiant. Atque ita hoc & 12.
pacto, & Ciuili vitæ, & religioni, proderit mi-
randum in modum talium eruditio. Hoc præſer
tim admonẽdum erat, quod potior ſit rectus re-
rum iſtiuſmodi vſus, quàm earumdem, vel am-
pliſsima poſſeſsio, quæ nec beatum, aut vtilem
Ciuili vitæ, aut religioni, reddit poſſeſſorem, at
frugi reddit, virtuoſus, vſus duntaxat: Et melius
(dubio procul) hæreticis & apoſtatis, liberali e-
tiam inſtructis eruditione ceſsiſſet, ac vniuerſæ
Chriſti fidelium eccleſiæ (Ciuili vitæ non mo-
do) Si omnium liberalium artium, omniúmque
literarum expertes, eam tantummodo Chriſti
doctrinam, quàm rudibus laicorum tradunt no-
ſtri, fide & bonis moribus, ob ſeruaſſent: Et ta-
men, de eruditionis liberalis poſſeſsione (quæ
tam multis attulit perniciem) plus ſolicita eſt,
Theutoni ca noctua: Quæ vtinam, glorię crucis

tanta liberalis eruditionis commendatione, nihil detraheret, sciretque Iesum Christum dominum nostrum, absque ea liberali eruditione, ab Apostolis, aliisque innumeris, efficacissimè prędicatum,& suasum. Nihil(præterea)noctuis attulisse liberalem (qua tument) eruditionem, præter meram perniciem: Iesus(adhæc) vel forma præ filiis hominum vniuersis speciosus, Nudus est, crucifixus quoque, ac vulnerum atratus liuore, quamobrem nec tanto sermonis ornatu, nec artium humanarum fucato colore, indigus. Audisti!(soror deo chara) quæ præliminari epistola prægustanda(præoptatæ salutis prætextu) fideli, cuiuis lectori porrigebat (Theutonica Strix) quo appensam methodum, nihil metuens lector voraret: Idque auidiore animo, tot támque salubribus, tam frequenter repromissis.

Columba.

Nunc ergo eam, quam ad ludi magistros scribit Epistolam, percurramus.

serpens

Præfatur in hunc modum.

Ahlon. hyd. struthio.

Ad ludi magistros Christianos.

Columba.

Tenellos, adhuc infantes aggreditur Stygia Strix, vitalem eorumdem sanguinē, per ludi magistros absorbendi, plurimum auida.

serpens.

Hist. Ecc. lib. 9. c. 5 Ferunt maximum tyrannum, Christiani nostris infestissimum hostem, conficta acta, conscriptaque, quæ aduersus dominū Iesum, omne blasphe-

blaſphemiæ genus continerent, per omnes impij ſui prouincias transmiſiſſe, iuſsiſſéque puerorum præceptoribus, ea commiſsis ſibi iuuenibus tradere memoriæ commendanda, quo diſcerent à teneris annis, Chriſtum dominum blaſphemare, eamq́ue impietatem, diutius ac tenacius retinerent. Et noctua ludi magiſtros hortatur, ſuis (malis equidem) venenis imbuant ſibi creditos pueros, priuſquam, aut ingrandeſcant, aut ad aliud quoduis ſtudium ſeſe conferant, probe gnara, recẽtem teſtam, odorem, quo ſemel imbuta fuerit, ſeruaturam diu: Et ne illorum impietati, ex Apoſtolo obiiciatur poſtquã adoleuerint, diſceſſuros quoſdam (ſpiritibus attendentes erroris) à fide orthodoxa, quod & noctuis, primam fidem deſtituentibus, inſolubiliter opponimus, hoc pacto crudeliſsimi tyranni nequitiam imitatur. Porro ſi ſeſe, pia admodum perſtrinxiſſe reſpondeat: Quis, veneficus, aliter homini perituro, noxium virus porrexit vnquam? Non de his quæ & ipſi credimus, hic loquimur, quum illarum dogmata auerſamur, at de his in quibus à nobis diſcentiunt. 1. *Tim.* 4

Columba.

Prima (quæſo) narra exordia epiſtolæ.

serpens.

Audi ingentem verborum apparatum fucúmque, quo incautos pleróſque, Ludi magiſtros, & pædagogos, miserè pellexit, noxia Strix, in creditorum puerorum (optimæ indolis alioqui) non modicam, cum corporis tum animæ iacturam.

Ahlon. Hyd. struth.

Laudabili & probando more consueuerunt Architecti, qui magnum aliquod opus ædificandum suscipiunt, non caduca aut fragili materia, sed firmo solidóque lapide fundamenta iacere, ut ita fundatum ædificium sine ruinæ metu, affabre tandem, ad culmen producãt: Et uos, qui non iu terituram, sed æternam, animorum puerilium uelut Architecturam profitemini, id uulgarium architectorum solertiæ concedetis, ut iis in extruendo, minus uideamini experiẽtes? At uero tam turpem reprehensionem, facilè uitabitis, si quo iuuentutem ad religionis cultũ dirigimus, libelli huius nostri doctrina, uobis commissos iuuenes, post prima posita Grammaticæ rudimenta, accuratè instruetis.

Columba.

Mirum (dubio procul) noctuæ ingenium, & artificiosa persuasio, qua ludi magistros quoscunque decipi potuisse demiror: Solidisimę religionis doctrinæ, capaces puerulos existimat, decernítque, antequam dent operam, vt liberalem adiungant eruditionem, sed post posita tantummodo prima grammaticæ rudimenta: Vbi iam tantopere commendata liberalis eruditio, sine qua haud satis idoneos doctrinæ Christianæ interpretes, prouectæ ætatis homines quantumuis multa pollentes virtute, paulo ante nugabaris? Si senectus, sine ea liberali eruditione, religionis doctrinam interpretari, & rudioribus tradere minus sufficit, eiusdem doctrinæ capax non erit: Alioqui si eius capax est, aliis certè eam postquã assequuta fuerit, tradere poterit: Et si puerulus positis tantũmodo grammaticæ rudimentis, doctrinæ Christianæ methodi, capax est (alioqui vana tua tam lepida persuasio) Nihil vetat paruulum

uulum postquam didiscerit doctrinæ religionis methodum, illam expertibus tradere & interpretari. Duo ex verbis tuis planè elicimus, tum venerandam senectutem, rudimentis grammatices positis non modo, sed artis totius apprimè gnaram, si multa nesciat, quæ vos scire gloriamini, doctrinæ religionis incapacem, & ad eandẽ exponendam inidoneam: Cõtra iuuentutem, post prima grammaticæ parta rudimenta, eiusdẽ esse doctrinæ egregię capacem, proindéque ad eandem aliis tradendam idoneam. Hæc quam absurda sunt, nemo non videt: Rectè ex scripturis paulo ante testabaris (frater dilecte) Cõprehendendos sapiẽtes in astutia eorum, vanas quoque eorũ, qui sibi sapientes videntur cogitationes: Nũc attingamus solertẽ, erudiendæ iuuentutis adinuentionem. Mirum (sanè) quod paruulorum nutricibus, non conatur persuadere, pueritiã ipsam non leui, sed solido firmóque cibo alendam esse, quo facilius, sine ruinæ metu, ad culmen eam virilis perducant roboris. Aliud sanè est: Corpora hominum educenda & ad virillem potentiam producendą alere, animos (præterea) instituere rationales. Et æditas structuras, ædificare: Illic vtrobique, lacte primo opus est, nõ solido cibo, quod autem in excolendis paruulorum animis tradunt imprimis nostri præcipuos nostræ fidei articulos, per modum lactis tradunt, & eos solos vtinam scirent, qui multa eruditione tumidi, à fidelium vnione, ad noctuarum descíscunt cõtentionem. In ædificanda autem magna domo firmissimo, ac durissimo saxo.

1. Cor. 5.
Iob. 5.

serpens.

Theutonicæ Strigis ſtupiditatem deprehendiſti, Apoſtoli ſequuta doctrinã: Siquidem ſpiritus alimentũ ait duplex eſſe, lac ſcilicet paruulorum, & ſolidum perfectorum cibum: Ipſe nẽpe in epiſtola ad Hebręos, quorũdam tarditatem arguens, De euangelicæ doctrinæ cibo, in hunc modum diſſerebat: Cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis, vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum dei. Et facti eſtis, quibus opus ſit lacte, non ſolido cibo: Omnis enim qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ. Paruulus enim eſt: Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum qui pro ipſa conſuetudine, exercitatos habent ſenſus, ad diſcretionem boni ac mali. Et in epiſtola ad Corinthios: Tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi nõ eſcam, nondum enim poteratis, ſed nec nunc quidẽ poteſtis. Adhuc enim carnales eſtis. Nunc (rogo) qui puerulis illis, nullatenus exercitatis, & lactis tantummodo capacibus, ĩperfectiores? Quomodo ergo firmi ſolidíque alimenti (quod perfectis tantummodo concedit Apoſtolus) capaces erunt? Si vero doctrinã eius libelli, potum paruulorum eſſe dicit, quomodo theologiæ totius ſummam abſolutiſsimã in eo tradere ſeſe gloriatur? Quæ (præterea) diuerſitas erit inter parum eruditorum potum, & ſtolidum perfectorum cibum? At contendit noctua, ſuam methodum tanquam infallibilem totius Chriſtianæ doctrinæ regulam, ab omnibus, tam paruulis quàm perfectis, pro lacte & ſolido cibo

Hebr. 5.

1. Cor. 3.

cibo indiſcriminatim excipendam, & quicquid continet, clarum eſſe, perſpicuumq́; non controuerſum, ſed abſolutiſsimũ, quicquid aliis viſum ſit aliquando.

Columba

Siccine, reiicit ſupercillioſa noctuæ impudentia, eccleſiam vniuerſalem, generalia conſilia, tot tamq́ue graues viros, immo ipſum Apoſtolum? Sequamur.

serpens.

Poſthac, puerulos claros pollicetur euaſuros, ſimulatque, ſuis tincti fuerint inſtitutis.

Ahlon. hyd. struthio.

Religionis inſtitutis tincti, ſat cito deinde ad profana Græcorum, latinorúmque ſcriptorum monimenta, ſe conferant, ſat cito elegantioris ſermonis, & rhetorice loquendi artem diſcent, ſat cito, eloquentiæ præſidio, rem publicam iuuare ſcient.

Columba.

Plus ſatis cito, & religionis & proborum morum contemptores ſunt comperti, qui pernicialibus Noctuarum præſtigiis, ab improuidis ludi magiſtris faſcinati ſunt, tenelli, adhuc iuuenes non pauci, vt dictum eſt. Quibus (ſanè) tutius erat, exucto à piorum parẽtum mammis (cõgruo ætati) lacte ali, educaríque, quàm Theologicarum contentionum iſtiuſmodi tractatione (quæ perfectos, & Theologos decet tantummodo) quaſi ſolido cibo præfocari. Diſcunt ſiquidem noſtri, adhuc pueruli, ſalubriter conſultéque, vel priuſquam prima attingant grammaticæ rudimenta, quæ pro magna parte dediſcunt, immo

execrantur, qui ſtrigum faſcino incantantur, Orationem dominicam imprimis, Salutationem angelicā, Sanctiſsimæ quoque Marię patrociniū implorare. Subinde præcipuos quidem noſtræ religionis articulos, ſed per modum lactis (credendos ſcilicet) non examinandos, inueſtigandos, aut reſoluendos, quod profectiorum eſt, & ætate prouectiorum, Decalogum, item cum ſacroſanctæ matris eccleſiæ, ſanctiſsimis mādatis: Præterea, gratiarum actiones, peccatorum confeſsionem, horas ſacratiſsimæ dicatas virgini, Pſalmos pœnitētiales, Suffragia pro mortuis, & alia pia inſtituta iſtiuſmodi, quibus tincti ſufficienter, ad alia ſtudia, pro eorum conditione, ſat citò ſe conferunt, fiuntque temporis ſucceſſu vtrique reipublicæ vtiles. At noctuæ, minus ſufficienter religionis inſtitutis tinctos exiſtimant pueros, quos cernūt, ſuæ impietatis cœno, haud immerſos. Cæterum, an quis noctuarum dementatus figmentis iuuenis, rem ipſam publicam iuuare ſtuduerit, adepto poſtquam adoleuit magiſtratu, & non potius priuatæ rei cōſuluerit? Neget qui volet: Audiamus ſubinde boantem noctuam.

serpens.

Admonet confeſtim ludi magiſtros.

Ahlon. Hyd. *struth.*

Agite dum moles ſunt, & teneri, dei cognitione imbuantur.

Columba.

Quaſi alioqui, dei ſufficienti cognitione priuentur.

Ahlon.

Ahlon. Hyd. struth.

Actutum dum nulla adhuc uoluptatis titillantur illecebra, dum nullo mentis errore agitantur, dum omni nefaria animi affectione carent, Religionem, pietatémque, strenuo haustu imbibant, ut dei amore à teneris insito, & religionis uiolandæ metu commodum incusso, uitam sanctæ, integræque transigant, non impii, & ad omne scelus proiecti habeantur.

serpens.

Rhetores, non modo, & Reipublicæ adiutores sat citò erunt, qui sui libelli doctrina (qua delectari, irretiri, & inescari, strenuum religionis & pietatis haustum appellat) imbuentur iuuenes, verum & in dei amore, religionis integritate, & virtutis omnis statu perfecti, mox euadent ad summi fastigia culuinis: Tanto in nos corripitur inuidentiæ oestro, stoliditas (facultate, & copia dicendi instructa) vt peruetustæ nostræ religionis, & fidei patrum desertoribus, facilè polliceatur, quicquid libet, quantumuis difficile, modo suam sequantur perniciem. *Ironia.*

Columba.

Supra audiuimus, quales extiterint, sintq́; noctuarum mores, quantáque earum virtus, qui (illarum iudicio) errores, quæ veritás, quæ religio, quæque pietas: Eadem (suspicor) pollicebantur hæretici priores, quo instabiles, incautósque facilius deciperent. Nec (reor) verebantur, priuatam impietatem (vt noctuæ) dei amorem, religionem, veritatémque omnia vincentem, impudenter appellare. Quod superest audiamus:

Ahlonment, hyd. sruthio.

Obtestor uos in eam erudiendi uiam incumbite, Animos à primo excolite, Dei mandata, mentibus puerorum instillate, Ad mores sanctos, iuuentutem allicite, ducite, trahite: sic, quod in bonorum, uerorúmque ludi magistrorum officio positum est, planè exequemini: sic, bene de republica, merebimini: sic sempiternam uobis laudem parietis. Incumbite (inquam) in eam erudiendi uiam præceptores, suauem & amabilem Christi disciplinam, in pectora puerorum infundite: Sic certam uobis, ut illis ipsis, animæ salutem comparabitis: Sic, nunquam delendam apud Deum gloriam nanciscemini: Valete.

¶Columba.

Nunc quoque insignem, Noctuæ huius impudentiam, stoliditatémque intueor: Si enim in eā erudiēdi viam, quam præscripsit ludi magistris, incūbendū est, si ea est suauis, & amabilis Christi disciplina, in pectora puerorum infundenda, qua certa omnibus comparatur animæ salus, & nunquam delēda acquiritur apud deum gloria, Nulla alia methodo opus est: Siquidem & mandata dei docet, religionem quoque, ac pietatem, ad sanctos mores allicit, ducit, trahit, de republica, bene merentes reddit, sempiternam laudem parit, animarúmq; salutem. Sanè his partis, nihil superesse potest quod optemus, nihílq; quo non faciliter careamus. Si talis est eius doctrina, quomodo de componēda certa fidei methodo, tantopere solicita est? Næ, si dixisse licuit suam doctrinam, suauem esse & amabilem Christi disciplinam, quę tantorum bonorum ferax quum sit, Animos ambigentes, & sanare potest, & cōcordiam, tranquillitatémque Ecclesiæ restituere, ac in po-

in posterum munire: Proinde & dicere licuit, Nulla alia methodo opus esse, præsertim quum nihil aliud suadere, tanto verborum apparatu cònnitatur. Quis & merito non derideat tantam Strigis impudentiam? Nullis antea sæculis, auer sati nõ sunt fideles vniuersi fanatica noctuarum dógmata, immo figmenta verius: Hæc tamẽ noctua ausu temerario, illa, suauem & amabilem Christi disciplinam appellat. Tradiderunt nobis veteres (doctrina, probitate, authoritatéque grauissimi) probatissima fidei, religionis, pietatísque, instituta: Et noctuæ vniuersos auersatæ, contradicere omnibus nihil verentur. Porro quam laudem sibi comparauerunt, istiusmodi noctuæ monitis parentes ludi magistri, supra au diuimus.

Serpens.

Eam (nec subdubito) tandem nancíscentur lau dẽ & gloriam apud Gallos, ludi magistri in eam incumbentes erudiendi viam, quàm assequuta est, hæc noctua, cum cæteris Theutonicis, quarum (imprimis) libri, ædicto Cæsareo, & perpetua lege damnati sunt: Hæc aduersus Theutonicam strigem dicta sufficiant. *Ad Flandrenses.*

Symmachia, Columbae et Serpentis, adsus Stridores Anonymæ. Personæ, Coulmba, Serpens: Anonyma, Hyd. Struthio.

serpens.



IMmenſe Deus, quis vocabulo Chriſtiano dignus cenſebitur, qui vel audire, ſiccis oculis, vel legere poterit, blaſphemias, probráque ac maledicta, Tertię hui⁹ noctuæ, petulentiſsima & impudentiſsima loquacitate coniecta, tum in ſacroſanctum Euchariſtiæ, & ſacramentum, & ſacrificium, tum in Romanos pontifices indiſcriminatim, & fideles vniuerſos? Hanc, quod tantum virus euomuerit, proprio nomine (magni conſcia ſceleris) ſubmerſo, Anonymá dicere voluimus: Quæ aduerſus ſacroſanctam Synaxim effutiit, ſacramẽtariorum omnium inſania, profligauimus (pro viribus) in Protreptico de eadem. Porro, quod ad ſummos Pontifices attinet, reliquóſque fideles, propalam (ſacro ſuggerente ſpiritu) mõſtrabimus, aduerſum eos dicta omnia, inepta eſſe inconſulta, ſtolidáque ac malitioſa. Et ne ſibi, tam inſolenter arroget, quod ingenioſum aduer ſum nos dolum concinnauerit, nec victoria non parta canat triumphum, oſtendemus clarè, in eo profaniſsimo libello, Hydram, Struthiocamelo non minus inſeparabiliter coniungi (quod animaduertant vtinam eius ſtridoribus, iam decepti aut fortaſſe decipiendi) quàm in Culinæ, & Theutonicæ Strigum affaniis: Epiſtolam autem præliminarem, omni deſtinatam lectori, è gallico idiomate, in latinum ſermonem (tametſi barbarè) verſam, præfandam duximus: Strideat proinde.

Anonyma.

Anonyma, hyd. struthio.

Lectoris omnibus, gratia, & pax, & salus à deo Patre nostro, per Iesum uerum eius filium dominum nostrũ, qui corda omnium inhabitare, per spiritum sanctum dignetur.

Columba.

Optima imprecatio si dolo careat: At simili astu (reor) suarum dementiarum lectoribus & amatoribus, similia imprecabantur, prisci hæretici, quo per dulces sermones & benedictiones istiusmodi, facilius seducerẽt corda innocentiũ. *Roma. 16*

serpens.

Solerter coniectas: Marcello cuidam præcellẽti pietate viro, in hunc modum scribebat insanus manes: Manichæus Apostolus Iesu Christi, & qui mecum sunt, omnes sancti ac virgines: Marcello filio dilecto, gratia, misericordia, & pax à deo patre, & domino nostro Iesu Christo. Et dextera lucis conseruet te, ab instãte sæculo malo, & accidẽtibus ipsius, & laqueis diaboli. Amẽ. Iam audiamus Epistolæ exordium. *Epiphanius.*

Anony. Hyd. struthio.

Magnus sol iustitiæ, seruator noster & redemptor Iesus, clarissimus & spendidissimus à deo est, ut nullus tam cæcus, qui non apertè uideat, quam grandis est inter seruatoris nostri claritatem, & densissimas Papæ tenebras differentia inter Apostolos & discipulos Iesu, & presbyteros, monachos, & alios uniuersos, status papistici: Quapropter stultus is, & sensu plurimum destitutus merito haberetur, qui laboris, uel aliquantulum impenderet, ad demonstrandum Iesum cum suis, longè aliter uitam duxisse, quam cum suis Papa.

Serpens.

Artificiosum(sanè)ad scindendã ecclesię vnionem,epistolæ cœptum : Nempe ecclesia Christi vniuersa,Romani semper agnouit Pontificis authoritatem,ac proinde, sic debaccari in eum inque vniuersos eius primatum agnoscentes,nihil aliud est, quàm domini incõsutilis tunicæ, scissuram moliri:Quod fieri hactenus,non est tanto astu annixus Satanas,qui tantos dolos, adhæc vsque sæcula seruauit, quando sciebat ex veracis

Matt.24. domini vaticinio, Perfrigerendam (iniquitatis abundantia)charitatem plurimorum,ac proinde incautos permultos, facilè iniqua eorum opera, quiChristum aperto ore,penes se esse(alias nusquam) prædicant. Quoque facilius fieret,Cleri heu nimiumsceleratos mores(at quorundam nõ omniũ)imperitę multitudini indesinenter ostẽtat, omnium esse suadens, quæ quorundam (licet multorum) sunt:Quædam etiam perhorrenda callide confictа, affabréque concinnata vulgat(quo nostros probrosa infamia afficiat)quẽadmodum, iam olim, aduersus dominum Iesum & sanctos eius finxisse eum non ignoramus.

columba.

At Romanos pontifices permultos(etiam præter eos,quos ante magni,religiosíque principis Constantini tempora, sub aliis imperatoribus, felici cruore damnari cõtigit)moribus innocuis Christo Iesu persimiles extitisse, non ambigo.

serpens.

Veritatem dicis,quicquid in sæcularium principum fauorem,oggannire mihi videantur,quidem Chronicorum scriptores.

serpens.

columba.

Innumeros,adhæc,præter Martyres,ſanctiſsimos Confeſſores,Epiſcopos,Presbyteros,Anachoretas,Alióſque Romani pontificis authoritatem agnoſcentes,fuiſſe,nec diffidimus,qui ſignis verè apoſtolicis clari, clariſsima poſteris, ſuæ ſanctitatis teſtimonia reliquerunt: Itaque Apoſtolis, aliiſque Ieſu diſcipulis (quatenus licuit)ſimiles oportuit fuiſſe.Porro hęreticorum neminem offendimus aliquãdo,talium veſtigia, vel eminus ſequutum, multominus Chriſti, tametſi illius imitatores, minus cautis appareant, & iuſtitiæ miniſtri,quum tamen(vt dictum eſt) Satanæ in angelum lucis ſe tranſfigurantis, ſtudioſi ſint, ac perpetui ſectatores. Si autem quorundam,tum Romanorum pontificum, aliorum item epiſcoporum, presbyterorum, monachorúmque,merito arguendus eſt luxus, haud tamẽ ſimulátque oppugnanda fides, aut peruertenda veritas. Nec magiſtratuum eccleſiæ, confeſtim abolenda authoritas: Alioqui quum peruerſiſſimi ſint noctuarum mores, propria (eo argumento)contẽdunt elidenda dogmata. De dogmate(bone deus)nos altercamur, non de moribus,qui in melius commutentur, faxint ſuperi, incunctantérque tollantur, è medio, quos abuſus vocant, vel præſulum celebri coitione, vel principum coertione, aut alia quauis via, modo eccleſiæ catholicæ fides, quæ eſt ſacrorum Conſiliorum,orthodoxorúmque patrum,illæſa conſiſtat.

serpens.

Stupenda planè hæreticorum impudentia: Olim, quùm nostrorum mores arguere non possent, obiecta literarum humanarum imperitia, illorum (totis viribus) fidem oppugnabãt: Nunc vero malos mores obiectant: Vna tamen & illorum, & nostrorum fides, eadémque dogmata, quæ vt priscis illis hæreticis inuitis, ita & Noctuarum inuitis stridoribus, illæsa, erecta & victoriosa consistent, Christi innocentis, vices gerunt magistratus, tam Ciuiles, quàm ecclesiastici, adhæc, & sacramentorum ministri: Quemadmodũ igitur, in sacramentorum ministerio, attenditur Christi potentia, eiúsque bonitas, non ministri, qui nullam ex se habet, aut potentiam, aut bonitatem, est tamen diuino decreto sacramenti minister, etiam si flagitiosus sit: Nec magistratui Ciuili, licet scelerato, quippiam præcipienti (quod illius cõcernat authoritatem) dicimus, non pareo, quod iniquus es, sed eum, à quo

Rom.13. authoritatem habet veriti, obedimus, quandoquidam nec ob sinistros mores, potestate à deo data destituitur: Nec magistratus ecclesiasticos,

Matt.23. authoritate spoliant sinistri mores: Quod & do

Acto.23. minus testatur: Apostolus quoque Ananiam sacerdotem impium, cuiusque sacerdotium irritum erat, & inane, reueretur, nec illi nisi per ignorantiam maledicit. Et noctuæ, nullum conuitiorum genus, in summos sacerdotes omnes indiscriminatim, & alios quoscunque sanctissimos episcopos non expuunt.

Columba.

Si non abolent magistratuum authoritatem,

mores

mores peruerſi, multominus integram articulorum fidei veritatem contaminant, quamobrem ſeſe compatiuntur, vera articulorum fidei cognitio, & mores improbi. Et ſi non ſaluat illa fides, quod mortua eſt, haud tamen, prorſus inutilis eſt, vtpote reſipiſcentibus neceſſaria. Et de vera dogmatum fidei agnitione contendimus: Sequamur. *Iacobi.1.*

Anony. hyd. struth.

Vrgente tamen charitate domini noſtri, Papæ, Ieſum conferimus, non malo affectu, aut iracundia prouocati, aut certè maleuolentia, ut probè nouit dominus noſter, qui omnes, tam papam, quàm epiſcopos, presbyteros, monachos ac uniuerſos, cum ipſis idem ſentientes illuminare dignetur, ut credant, ſequanturque uerbum dei, ſani in fide, puréque uiuere concedat. Sanè aliud nihil, quàm uniuſcuiuſque ſalutem cupimus, utque ueniant ad cognitionem ueritatis uniuerſi. Rogamus omnes, qui hunc ſunt librum lecturi, ut pro omnibus, corde & affectu, dominum noſtrum deprecentur.

columba.

Inſignem ſalutis omnium zelatricem, vrget charitas, Papæ Ieſum conferre: At ea charitas, quæ ſcribas Phariſæóſque, Ieſum, eiúſque Apoſtolos, deo & Moſi contrarios, apertis faucibus vociferari impulit: Nec, ſanè, alia charitas, quàm quæ priores hereticos, inſectari coegit orthodoxos quoſque: Charitas impatiens, maligna, æmulatrix, nuſquam nō perperam agens, inflata, ambitioſa, quæ ſua ſunt quærens, gaudens ſuper iniquitate, falſitati cōgaudens, & mendacio, & quæ quam citò excidat faxit omnipotens: Hydram *Ironia.*

& Struthiocamelum vrgere te, dixiſſe debueras, nõ charitatem domini noſtri. Qui enim fieri poteſt vt charitate vrgente, tot probra, tot blaſphemias, tótque maledicta in Romanorum pontificum cœtum vniuerſum, vniuerſalémque Chriſti eccleſiam (ob quorumdã mores ſiniſtros) vel priuata, euomueris? Næ, hoc pacto, Romanæ, immo Chriſti eccleſiæ, nomẽ ac ſtatum, luſcioſis (aut ſi manis cęcis) odioſum redere cupis: Nũ
Col.3. charitas, quæ vinculũ eſt perfectionis, eccleſiaſticam vnionem findere molitur? Salutem omnium te cupere ſimulas (implanatrix) vt quæ illuminare omnes, & ad veritatis agnitionem venire concedat altiſsimus deprecaris, quum tamẽ impietatem, infandorúmque errorũ caliginem, ad mortem impellere, tuis dolis deprauatos exoptes. Nulli (ſanè) hæretici, conſimilibus impoſturis, incautos quoſuis, nõ circumuenerunt: Siquidam, ementiebantur omnium ſalutem percupere ſeſe, nihil aliud quærere, quàm dei & Chriſti eius gloriam, quamque ad veritatis agnitionem omnes venire, quum tamen nihil plus ambirent, quàm propriam gloriam, hominum perditionem, & propriæ ab vniuerſis, amplexum inſaniæ.

serpens.

Quid vetat imprudentes, externo cõſimilium blanditiarum ornatu, amictum mendacium, pro veritate venerari? Certè Smaragdum contumelia afficit, vitrũ per artem illi aſsimilatum, dum non adeſt, qui probare poteſt: Nec minus æs, auro vel argento aſsimilatum. Et ea eſt hæretico-

rum

rum congenita impietas, ſua videlicet mendacia, externo veritatis, & charitatis cultu circumueſtire, quo incauti, dum probare non poſſunt, veritatem putent & charitatem: Ea tamen quum ab iis, qui mentem à deo illuminatam habent, ridicula mēdacia comperiuntur, patefit innata noctuarum ſtoliditas. Et iamdictus contentioſus manes, epiſtola ad ſupradictum Marcellum, aiebat ſe ſcribere ad ſalutem animæ illius, eorúmque qui cum ipſo erant. Neque cuiquam laqueũ ſe iniicere, vt plerique imprudentiores faciunt (aiebat) Imprudentiores eos vocans, qui diuerſa ſentiebant doctores, quos & laqueos cæteris iniicere (vt de noſtris noctuæ) affirmabat: Neminem itaq; moueant epiſtolarũ iſtiuſmodi aſſentationes, & magnifici libellorũ tituli, fuci quippe ſunt, inſidiæq́;, quibus veritas occulitur: Conſequenter audiamus.

Anony. hyd. Struth.

Mundum uniuerſum, Papam, eiúſque eccleſiam, ob eorũdem miſerias, fœditatéſque, auerſari, atque aduerſus eos uociferari, & obſtrepere, omnino certum eſt: neque quempiam ſupereſſe liquido cõſtat, qui non criminetur, uel aperto ore, uel clam in corde, damnétque, miſerum illum et maledictum ſtatum: Quinimo papa ipſe cum ſuis, præ propriæ uitæ erubeſcentia, horroróque, nihil magis quærunt, quàm latere, & principum, officiariorumque ſuper corpora poteſtatem habentium medio, ſeſe utcunque ſeruare: Et eorum ruinam aſsiduè moliuntur, qui ſtatus ſui obſcœnitatem patefaciunt, hócque, medio omni illis poſsibili, perficere contendunt, puta, legatis, nunciis, donis, promiſsionibus, aliiſque uiis.

columba.

Tam apertè mentiri ausam noctuam demiror: Quis non videt innumeros, Romani antistitis sedem, eiúsque ecclesiæ (quæ Christi verius dicitur) maiestatem, dignitatemque venerari? Fateor noctuæ omnes, Romani apicis authoritatem execrãtur Christi quoque Ecclesiam, quin etiam Christum ipsum: Absit autem vt mundus vniuersus, eovsque insaniat.

serpens.

Ea est noctuarum stoliditas, vt apertissimè falsa, tanquam certissimè vera, temerè affirment, ac mox sibiipsis contradicant, quasi sui oblitæ, aut certè, quasi nos omneis cæcutire arbitrentur: Nam lamentabiliter queritur infra, Romanum põtificem, ab omnibus, perinde ac felicissimum sanctissimúmque, celebrari. Maximisque cum honore, & gloria, vbique ab vniuerso mundo excipi.

Columba.

Quæ hoc lamentatur, Romanam ecclesiam, honori à multis habitam, inficiari non poterit: Sequamur.

Anony. hyd. struthio

At nec sic ratix dignoscitur mali: Quippe ad solam Papæ, suorúmque uitã oculos intendit hominum maior pars, rata Papam suósque, non improbos fore modo ad statum conformiter, canones, decretáque sua uiuerẽt: Atqui in hoc allucinatur plurimũ: Quippe, et si status Papæ miserrimus est, & uita execrabilis, eius tamen decreta, longè execrabiliora, horribilioráque sunt, ac damnabiliora.

Columba.

Si

Si quoſdam ex Romanis Pontificibus (quos parũ piè vixiſſe fama fert)probroſos diceret noctua, ac proinde eorum decreta, conſtitutionéſque reprobaret,fortaſſe tolleraſſem gemẽs:Haud tamen neſcia,,non contemnendam eſſe eorũ qui dicunt & non faciunt,piam doctrinam, quæ(re- *Matt.23.*
uera)talium non eſt (Non enim colligunt de ſpi- *Matt.7.*
nis vuas) ſed domini : Quum autem vniuerſos, *Lucæ.8.*
quantumuis probos,omniúmque decreta,cõſtitutionéſque,quantumuis frugi, ore maledicentiſsimo blaſphemet ac reprobet,conſtat noctuã furiis actam, multíſque exagitatam ſceleribus, ferri(non charitatis impulſu)præcipitem.

serpens.

Si percurrere liceret,decreta omnia,ac conſtitutiones Romanorum,aliorúmque Pontificum. Vitas (adhæc) actáque eornm,cerneres clariſsimè (amantiſsima ſoror) quanta agitatur amentia, ferox improbæ Strigis animus:Innunera pene infra producit ex toto iure canonico decreta, ſed quam mẽdoſe,quantóque aſtu calumnietur, norunt docti quique:Infandiſsima,quæ mox,de Romanis Pontificibus,Paulo,Alexandro,Iulio, Leone,& Clemẽte,effutire mendax nõ erubuit (quæſo) reſcindamus : Porro quæ ſubſtruit, audiamus.

Anony. hyd. struthio.

At omiſsis talium moribus.

Columba.

Poſtea quam cõfictis ſceleribus, dictos pontifices fœdiſsime traduxit.

Anony. hyd. struthio.

& Iesu membra esse affirmauerunt. Et tamē Antichristi erant, tametsi in ore Christum semper haberent. Quur nō talia fingerent noctuæ, quādoquidem multo deteriora & excogitauisse, ad multorum circunuentionem earum complures, & ementitas fuisse, ex supradictis copertū habeamus? Et quum nihil nō audeat earum nequā stoliditas, quid mirū si papatum, illis directè oppositū, ex deo non esse cōtendant? *serpens.*

Quum papatus, sit primaria illa & vniuersalis ecclesiæ totius authoritas, curáque, quam Petro datam à Christo, eiusque successoribus sufficienti testimonio constat, papatum negare ex Deo esse, est negare Christum, aut deum, aut veracē in promissis, aut certè dixisse Petro: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebūt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorū: Et quodcūq; ligaueris super terrā, erit ligatū & in cœlis, & quocunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Item, Pasce agnos meos, pasce oues meas. Quod si id à Christo deo & homine, Petro (quidem) dictum velit, impletumque esse, Non tamen Romanis pontificibus (quos perneget, Petri fuisse, aut esse successores) Perpendat quot qualésque testes sibi refragantur. Diuus Petrus, Apostolorum princeps, & caput totius ecclesiæ, sub Christo, Clementem, Romanum pōtificem sibi successorem constituit, eumque à Christo, sui loco suffectum, apertè exposuit, cunctis imperans fidelibus, eidem in omnibus parere non detrectarent. Scientes (inquit) quod si quis hunc

Quid papatus.

Matt. 16.

Ioan. 21

Clemens epistola priore ad Iacobum fratrem domini. contristauerit, Christum qui ei docendi cathedram credidit, non recipit, & qui Christum non susceperit, nec deum patrem suscepisse iudicabitur, & ideo nec ipse suscipietur in regno cœlorum: Hæc ille, Clementis testimonio: Sanctus Anacletus, Clementis successor, sic inquit: Anacletus seruus Christi Iesu, in apostolica sede, à dño constitutus, &c. Itẽ, hęc sacrosancta Romana, & apostolica ecclesia, nõ ab Apostolis, sed ab ipso domino saluatore nostro, primatũ obtinuit, & eminentiã potestatis super vniuersas eclesias, ac totũ Christiani populi gregem assequuta est, &c, Item hęc Apostolica sedes, cardo & caput factum est à domino, & non ab alio constituta, & sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctæ sedis authoritate, omnes ecclesiæ, domino disponente reguntur: Hæc Anacletus, cuius successor Euaristus ad episcopos Aphricę regiõis (aiebat) Siquidem dilectio vestra, normam sequuta prudentum, ad sedem Apostolicam referre maluit, quasi ad caput, quid deberet de rebus dubiis custodire potius, quã vsurpatione præsumere: Post hunc Alexander, omnibus orthodoxis scribens, sic inquit: Cogitãtibus nobis metum diuini iudicij (fratres charissimi) & post vitam hanc vnumquemque prout gesserit recepturum, quid veniat in querelam, tacere non licuit, sed nobis vobis loqui necessitas imperauit, dicente Propheta,

Vide decreta Anacleti et sequentiũ.

Esa. 40. & 58. Exalta vt tuba vocem tuam, & cui omniũ ecclesiarum commissa est cura, si dissimulem audiam &c. Sixtus illi succedens, episcopum se vniuersalem, Apostolicæ ecclesiæ affirmat, imperãtque omnibus

omnibus episcopis: Post quem Thelesphorus, Romanæ vrbis archiepiscopum se nominat, & Papam. Idem, Iginius illi succedens: Post hunc Pius primus (inquit) hanc sanctā sedem Apostolicā, omniū ecclesiarū caput esse, præcepit Christus: Anicet⁹ (inquit) Romanę ecclesię pręceptū est, oīm episcoporum terminare iudicia: Sother, ait, diuinis pręceptis, & apostolicis monitis informamur: vt ꝑ omniū ecclesiarū statu, impigro vigilemus affectu, &c. Eleutherius, episcoporū omnium iudicia finienda, sedis Romanæ authoritate affirmat, sicut ab Apostolis (īquit) eorúmque successoribus multorum consensu Episcoporum, iam definitum est. Post hunc Victor, Romanæ ac vniuersalis Ecclesiæ, archiepiscopum se dicit: Zepherinus (inquit) Iudicia episcoporum, maiorésque Ecclesię caussæ, à sede Apostolica, & non ab alia (sicut Apostoli & sancti successores eorum statuerunt cum aliis episcopis) sunt terminandæ. In alia epistola, Tantam à domino (huius sanctæ sedis, & Apostolicæ ecclesię fundatore) & à beato Petro principe Apostolorum accepimus fiduciam, vt pro Christi vniuersali, Christiq; sanguine redempta Ecclesia, impigro laboremus affectu, & omnibus domino famulantibus succurramus, & cunctis piè viuentibus, Apostolica authoritate opē feramus. Post quem Calixtus ait: Non decet à capite membra dissidere, sed iuxta sacræ scripturæ testimoniū, omnia membra caput sequuntur. Nulli verò dubium est, quòd Apostolica ecclesia, mater sit omnium ecclesiarum, à cuius vos regulis, nullate-

nus conuenit deuiare: Vrbanus tanquam superior, omnes Christi fideles hortatur, maximè obediant suis episcopis, sententiã Episcopi valde timendam affirmans: Cui succedens Pontianus, Sanctæ & vniuersalis Ecclesiæ episcopũ, sese dicit: Antherus, Fabianus, Cornelius, Marcellus (adhæc) ad Maximum tyrannũ, reliquíque sancti, Romanæ ecclesiæ pręsules & martyres (omnis expertes ambitionis) in suis scriptis talia apertè testantur, quod & fecerunt eorum successores, sancti confessores, contemptores terrenorum, cœlestiúmque amatores. Aliarum item ciuitatum, quiq; episcopi sancti: Ex quibus liquet Papatum à deo esse: Papã antistitio, præminere. Romanos pontifices, à domino constitutos, & Petri successores esse: Quos Ephesinæ ecclesiæ episcopos, constituerant Apostoli, à Spiritusancto positos affirmat Apostolus: Attendite vobis & vniuerso gregi (inquiens) in quo vos posuit Spiritussanctns episcopos, &c. Nę, credimus neminem, qui ritè, Ecclesiæ gubernacula susceperit, aliter quàm à Spiritusancto institutum, & à Deo, tanquam Aaron vocatum.

Acto.20. *Hebr.5.*

Columba.

Præterea, ex dictis constat, valde formidandã esse episcopi, maximè Romani pontificis, sentẽtiã, cui ab omnibus obediendũ decernit sanctus Petrus, quod facere haud detrectarũt orthodoxi omnes, scientes quod qui eum audit, & Christum audit, & qui eum reiicit, Christum ipsum reiicit: Quum horum omnium, tot taléſque testes habeamus, demiror Anonymę impudentiã,

quæ

quæ nõ veretur oppositum affirmare, nec minus stupenda eius stoliditas. Existimat (nempe) vniuersum orbem, suæ crediturum impudentiæ, & eovsque inducendum temeritudinis, & insaniȩ, vt sancta, tot taliúmque virorum decreta, tanquam impia, auersetur ac condemnet. Hæc moliri, nulli vnquam quantumuis deploratæ contẽtionis hæretico, accidit (reor): Quod impudẽtissimæ epistolæ superest, audiamus. *Serpens.*

Audi verba in ministrum iustitiæ transfiguratæ Strigis, aptæ ad fallendum composita.

Anony. Hyd. struthio.

Precamur deum ipsum, bonitatis & misericordiæ plenum, ut uniuscuiusque nostrũ cor, sic illuminare dignetur, ut uideant omnes, agnoscántque ueritatem, iter, præterea, uitæ, & salutis, quod utinam teneant uniuersi, sanctè uiuendo, in una lege, fidéque & euangelio ueritatis, ad gloriam & honorem nominis dei, & ædificationem uniuscuiusque: Vtque nullũ aliud sit in ecclesia caput, quã Iesus, nihilque aliud teneatur purè & simpliciter, quam quod ipse decreuit, & sancti eius, boníque famuli Apostoli & Euangelistæ prædicarunt: Adhæc, ut per mundum uniuersum mittere dignetur, ueros sancti Euangelii nuncios, qui sanctè, purêque, & absque cuiuscunque rei alierius admixtione prædicẽt, quemadmodum imperauit Iesus uerus saluator: Vt insuper ueritatem suscipiant oẽs, adducamúrque da gregẽ Iesu, & efficiamur, Iesu grex unus, cui ipse unicus sit Pastor, in corde uniuscuiusque regnãs per spiritũ sanctũ, qui nos per rectũ inter usque in finẽ cõducat, Amẽ.

Columba.

Præ cæteris, infrunitum noctuarum genus: Hæreticis omnibus peculiare semper fuit, propriã hæresim, purum Euãgeliũ, & veritatem ab

omnib⁹ suscipiendã, Iter quoque vitæ & salutis, per quod cunctos incedere oporteat, illuminationem (adhæc) & sanctæ vitæ regulam, honoris item & gloriæ nominis dei procurationem, & proximi ædificationem ementiri. Præterea, suorum turmas, verè gregẽ Christi, & pseudo suos concionatores, synceros euangelij ministros ambitiosius gloriari. Nulli tamen eo impudentiæ, stoliditatis, & arrogantiæ (reor) lapsi sunt, vt Papatum cum cæteris ecclesiæ magistratibus, abolendum contenderent, quod tamen tanta impudentia atque insolentia percupiunt, moliuntúrque, huius sæculi noctuæ, prædicãtes vnicum in ecclesia caput esse debere, vnicúmque pastorem.

Ephe.4. Dic (garrula) quid vetat idẽ mysticũ corpus, quale est Christi ecclesia, duplici capite primario, & secundario, seu vicegerente regi? Nempe omni id communitati peculiare est: Adhæc, quid prohibet vni plures præesse ouili, sub primario pastores? Hæc tamen Christi honoris prætextu, ac si illius dignitati officerẽt, & non potius prodessent Christi corporis ædificationi, aut gregi pascendo, explodere cupis fraudulẽta, & à te pelliciẽdos hortaris, istiusmodi totis viribus reiiciãt, quum nulla alia ex caussa illos insecteris, quam quid lupis & strigibus, nusquam non obstrigilaturos eos non ignores. *serpens.*

Cupit noctua, Christũ fieri mendacem, eiúsq; apostolos Petrum & Paulum.

Columba. Qui fieri potest? *Serpens.*

Dominum, Petro, eiúsque successoribus dixisse, supra narrauimus: Pasce agnos meos, pasce o- *Ioan.21.*
ues meas. Petrus Senioribus ecclesiæ aiebat: Pa- *1.Petr.5.*

ſcite qui in vobis eſt gregem dei &c. Et quum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſsibilē gloriæ coronam. Et Paulus de verbi dei miniſtris: Quis paſcit gregem & de lacte gregis non manducat? Item & ipſe dedit quoſdam, quidem apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios vero euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores &c. in ædificationem corporis Chriſti &c. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei &c, Quid ni erit caput in corpore, quod eſt in ouili paſtor? Paſtores ſui prędicit gregis Chriſtus, paſtores aiunt eſſe, futuróſque diui Apoſtoli Petrus & Paulus. Et noctua, in eccleſia neminem pręter Chriſtum eſſe cupit: Vbique noctuæ ſtoliditatem, intueri licet: Plures, ex pura Chriſti doctrina, eiúſque optimorum, fideliúmque ſeruorum, debere eſſe paſtores, qui paſcendo gregi, & myſtico corpori ædificando vtiles ſint, & domini vices gerant agnoſcimus. *serpens.* I. Cor. 9. Ephe. 4.

Adde, quos dominus tanto ante tempore, populo ſuo, per prophetam pollicitus fuerat dicēs, Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina. *Columba.* Hiere. 3.

Et ſenſata noctua, nullum caput vicarium eſſe debere in Eccleſia, nullóſque vicarios paſtores, ex pura Ieſu doctrina, & prædicatione fidelium eius miniſtrorum, ingenioſè coniectat. Mire ſtolidum noctuæ ingenium: At quid ominis portēdunt, ſequentis huius voluminis, tam prodigioſæ picturæ? Inuicte domine, antitheſim cerno, Chriſti & Romani pōtificis, de qua præfata fuerat peſtifera implanatrix. *serpens.*

Hanc bellam Antitheſim commentata eſt argu

ta Sttix, quo parum oculátis, Romanum pontificem, Antichristi infamet nomenclatura, ac sic, pontificis nomine, ac cleri, tam exoso reddito, totius ordinis ecclesiastici Hierarchia, omniũq; pontificum decreta, canonésque, ac totius ecclesiæ consilia, ab omnibus, prorsus explodantur: Atque ita viuant omnes deinceps (omni profligata honestate) pro libidine noctuarum: Verum quum ingenioso, efficacíque artificio, id omnib⁹ sese persuasisse putet (picturata antithesi Christi & põtificis) nihil tamẽ minus fecit, nihilq; stolidius, quã quod se fecisse gloriatur. *Columba.*

Nusquã videre non licet, Hydram & Sruthiocamelum, noctuas præcedere. *Serpens.*

Hoc planius intelliges, probè examinata pictura, libratáque comparatione: Quid loco priore inspectas? *Columba.*

Iesum quasi virorum omnium nouissimum, abiectum, gracili, macilentóque corpore calamitosum, cæsum flagellis, indecorum, sine aspectu, tanquam leprosum, quẽ sordida opertus veste, comitatur Petrus. Altera ex parte, Romanũ Põtificem obesum, decorum amictu, multis imperantem, Cardinalium, episcoporúmque caterua solenni circũuallatum, & modis omnibus cũ Christo (vt apparet) dissidentẽ. *Serpens.*

Nunc dispice, ingeniosum noctuæ commentum: Num vbique despectui habitus est Iesus? Num ab omnibus flagellis cæsus, aut probris affectus? *Columba.*

Absit: Sed inter hostes & ab hostibus tantummodo, talia eum passum legimus: Porro inter amicos, visu decorus, maximo ĩ precio, maximóque in

que in honore habitus est, forma præ filiis hominũ speciosus: & Petrus Christo nõ dissimilis, Hierosolimis, ab Herode incarceratur, & Romę Act.12 ab hostibus crucifigitur, Anthiochiæ vero cum populi fidelis applausu, ingentíque honore excipitur, & ei cathedra paratur. *serpens.*

Nunc perpende, An Romanus põtifex, Christo aut Petro dissimilis videri debeat, aut certè aduersarius dici, si à fidelibus in honore habeatur, eique (vt par est) obediatur, quum inter fidei hostes conculcetur, vermis & nõ homo, immo Antichristus, à strigibus habeatur, & martyrio, cum Christo coronetur? Nullus siquidem à Petro ad Siluestrum vsque, martyrium euasit. Siluester quoque, ac eius successores non pauci, multa incommoda ab infidelibus & hæreticis, ob fidei defensionem tolerarũt, aliquot, ob eandem sese morti summiserunt. *columba.*

Nequaquam: Alioqui & Petrum honoratum, & inter filios existentem, Antichristum confiteri opportuerit. Quippe, quem Christo, inter hostes existenti & cruci affixo, absimilem cernimus: Ille nempe inter amicos honorus, Christus vero inter hostes inhonorus. O certè stolidiorem stoliditate ipsa comparationem: Quis tam cæcus, vt non videat Papã inter fideles existentem, Christo, Petróque inter hosteis diuersantibus, in multis esse diuersum? Non tamen Antichristum proinde, tam impudenter appellari oportuit. Nisi vna, & Christum ipsum inter amicos existentem, Antichristi nomenclatura, infamare velles. Sibi quippe inter hosteis existenti, in multis diuersus est: Conferendi itaque erant

hæc, in cœlo & in terra poteſtatem habentem, *Matt.28.*
venerantur ſtupore affecti ſuperi, tremunt Tartarei hoſtes, glorioſa victoria conſternati, nos quoque eum ſupplices colimus. Quid ni igitur, pontificem Romanum, tanquam Chriſti vicarium reuerebimur amici, filiiq́ue, tot probris à veſpertilionibus laceſsitum? Si itaque ab amicis colitur pontifex, & à noctuis ludibrio (perinde ac Chriſtus, ab hoſtibus) habetur, quis eoſdem hac in re perſimiles inficiabitur? *serpens.*
Intuere aliam prioribus non diſsimilem.

Columba.

Chriſtum video, hoſtium circundatum multitudine, ignominiæ crucem baiulantem, & loris reuinctum acerbis, pugnis, baculiſq́ue ſæue impetitum decidentem. Pontificem autem, regio geſtatorio, ſuorum humeris ſubuectum: At noctuæ improba lingua, Diabolum appellatum, aliorúmque infandorum ſcelerum contumelia laceſsitum, Chriſto (quem Beelzebub appellarunt *Matt.11.*
hoſtes, Scribę & Phariſæi) dubio procul, perſimi- *Marc.3.*
lem, & quem in crucem agerent noctuæ (nō ſe- *Luc.11.*
cus ac Chriſtum, Scribę & Phariſęi) ſi in eum poteſtatem haberent: Inepta itaque noctuæ comparatio. *serpens.*

Ingenioſè deprehendiſti Antitheſum ineptitudinem, ſimul & noctuæ hebetudinē, quæ quū ſeſe plurima, aduerſus pontificem Romanum efficaciter perſuaſiſſe putet, Stoliditatem tantummodo, detecta comparationum ineptitudine, cunctis patefecit propriam: Neque malitiam minus, pōtifice ſummo, Chriſtíque eccleſia, tot laceſsitis conuiciis, quo inſtabiles, omníque do

ctrinæ vento fluctuantes, ab eorundem communione discludat. *Columba.*

Deus bone, quàm cæca malitia, quamque stolidus error: Noctuis, nusquam non præsunt, Hydra & Struthiocamelus. Iam cæteras librandas
Ioan.6. Antitheses percurramus: Regna fugientẽ Christum intueor, pontificem vero, suscipiẽtem imperia: Vterq; ab amicis & supplicibus honoratur oblatis regnis, oblatum fugit Christus. Porro oblatum non modo suscipit pontifex, verum ecclesiæ donari suggerit: Non inepta videtur comparatio, Num propterea cõtrarius Christo erit, ac proinde Antichristus? *serpens*

Neque hæc diuersitas Antichristum facit pontificem: Fieri minime poterat, vt Christus, qui extrema passurus aduenerat, non temporaliter regnaturus, terreni fasces imperij, à tumultuosa & priuata multitudine susciperet, ne Theudæ,
Act.5. & Iudæ Galilæi temeritudinem, sequi videretur, proinde & iustè cum illis occidi, quod dedecebat, ne non adimplerẽtur scripturæ: Qui à priuatis suscepisset? Nempe, & à potestatem habentibus offerendi sceptri, oblatum recusasset, ne eius regni ministri decertassent, vt non tradere-
Ioan.18. tur iudæis. Rex tamen Iudæorum, & dici, & haberi voluit, & tanquam rex adorari, vnde nec latronem vna pendentem in cruce execratus est, regem eum agnoscẽtem: Qui autem ad rectum, piúmque vsum temporalia largitus est deus, neminem prohibuit, eadem ab habẽte & iustè possidente oblata, ad dictum vsum suscipere, vt nec probe, ad eum finem, eadem acquirere. Quare, ne quicquam contra diuinum ius egisse Syluestrum

ſtrum, cognouerunt doctiſsimi ſimul & ſanctiſ-
ſimi viri, à Conſtantino magno, temporalia ſu-
ſcipiētem, maximè quum & temporalia habere,
habuiſſéque eccleſiam, & decuerit, ac plurimum
vtile ſit, & fortaſſe neceſſarium fuerit. Alioqui
quomodo tot pontifices ſummi, ſanctíque, nec
minus glorioſi miraculis, quàm literatura clari,
temporalia bona, contra iuſtitiam, & dei volun-
tatem detinuiſſent? Siquidem ea arbitrabantur,
vt ſtercora: Tantum ſcelus minime (continuiſ-
ſent) tot venerandi doctores (quorum doctrina,
vt ſole, lunáque ſplendet mūdus, ſic & fulget ec-
cleſia) ſed & literis credidiſſent, & in publicis cō
uentibus ſuggillaſſent. Nullis (quippe) carpēdis
vitiis, pepercerunt vnquam: At iſtiuſmodi im-
piorum veſpertilionum technis, nunc quoque,
pluribus in locis, iniquorum principum violen-
tia, eccleſia afflictatur, vt iamolim à cōpluribus,
hęreticorum ſuggeſtu perturbata eſt: At, vt non
impune illi, nec iſti euaſuri ſunt. *Columba.*

Sed fabulantur auditam vocē in ſublimis per-
ſonantem, venenum in eccleſia ſparciſſe Conſtā
tinū: Falſam (adhęc) Conſtantini fuiſſe donatio-
nem, Vallam, virum apprimè eruditum ſcripſiſſe
meminit hic Anonyma: Et heus, quam multi ex
Eccleſiæ damnationibus impiè viuunt, cernere
licet. *ſerpens.*

Deus optimus, qui ad hominum rectum, piúm-
que vſum, opes mundo largiri dignatus eſt, vene
num in orbem ſparſiſſe dicendus non eſt, tametſi
prouideret, mortalium quā multos fore, qui per-
peram vterentur eiſdem: Igitur, quamquam abu
tantur Eccleſiaſtici legatarij legatis, legatores ta

mē(eo quo deus intuitu largiētes) accuſare quis audebit?Arguantur(opto)qui illis,nimis licēter vtuntur, cōtráque iuſtam legatorum voluntatē, quibus (certè) rectè vti & potuerant nec minus debuerant,multóq; amplius ſuggillantur, quàm quiuis alij mortales, acceptis à deo opibus,ſecus quàm ad alius gloriam vtentes:Porro vt diuites rectè vtentes datis à deo diuitiis commendātur, ita ſanctos Pontifices,qui acceptas opes (quibus ſeſe,egenóſque, ac eccleſiaſticam authoritatem fouerent)rectè diſpenſarunt,iuſtè nemo arguit. Et qui Conſtantinum,principem Chriſtianiſsimum legatorem,Et Silueſtrum glorioſum confeſſorem legatarium, culpare nil verentur,deum ipſum temporalium diuiriarum largitorem,cum piis mortalibus, eaſdem cum gratiarum actione percipientibus,culpare non formidabit:Tantūmodo igitur arguantur,qui regna,opes, iuriſdictionémq; temporalem,ambitioſius quęſierunt, aut certè eiſdē abuſi ſunt,non qui aut dederunt, aut ſuſcepta virtuoſè adminiſtrauerunt : Hæc ſi digeſsiſſet Vala (quem mordacem adeo ferunt, vt ipſis quoque furiis infernalibus formidabilis extiterit) Conſtantini donationem haud momordiſſet.

Columba.

Ex tuis dictis coniicio eccleſiaſticos, dominia terrena,cum illorū opibus licitè poſsidere,quāquam dominus noſter Ieſus Chriſtus,eadē contempſerit,neq; eam diuerſitatem,aut aliā quālibet Antichriſtū efficere,quæ aut fidei,aut bonis moribus nō aduerſatur,qualis eſt infideliū præſertim vel hæretieorum,ſubinde improborū omnium,adChriſtū diuerſitas:O ſtoliditatē,quę ex

omni

omni ad Christum diuersitate, Antechristũ elici tat: Obtusum certè ingenium: Crediderim alias Antitheses aliquot, huic non absimiles dispiciamus: Priore loco sese offert, Nũmis carens & cu biculo Christus, Magníſq; spretis vrbibus, pago rũ & solitudinũ incola, qui suis fugata auaritia, præscribit paupertatẽ, duásq; tunicas reiiciẽs, au rũ, argentúmq; in zonis ferre vetat: At Romanũ cerno altera ex parte pontificẽ, suósque, magnarum incolas vrbium, opibus abundãtes, magníſque imperantes populis. Video aliam huic similimam, in qua Christus aspernatur opes, quarum ardore, tabescit põtifex: Si de omnib⁹ intelligit, Anonyma, planè mentitur: Nam permultos exti tisse nec subdubito, qui in diuitiis pauperes extiterũt: Magni apud deum meriti, Eremitã quẽdam, qui temporalibus cunctis desertis, vna tantum muricipe catella oblectabatur, fuisse tradũt: Qui quũ ex reuelatione didiscisset, Gregorium magnum, tunc pontificem Romanum, in gloria parem sese habiturum, & tristis suam, diui Gregorij opibus conferret inopiam, audiuit voce (reor) cœlitus demissa, Gregoriũ habitis opibus minus, quàm ille propria muricipe oblectari: Alios (præterea) sanctos extitisse pontifices, Silue stri successores, inter sæculi huius diuitias, verè pauperes, quis ibit inficias? Si autem quorũdam, sese execrari mores affirmet Anonyma, nõ omniũ, quur ergo omnibus blasphema tribuit, quæ aliquibus tantũmodo cõuenire existimat? Quur (adhęc) statum clericalem, ob quorundã (eius iu dicio) improborum defectus, oppugnãdum nedũ, immo prorsus explodendũ cõtẽdit? Et si põ-

tifices aliquot, vtpote legatis abutentes,ſuggillandi merito erãt, haud tamen indiſcriminatim omnes,nec à noctuis, pontificibus quibuſcunq; longe deterioribus: Admirãda certè,Strigũ nequitia,quæ(quũ tot ac tanti fuerint,inter Romanos põtifices)moribus(tametſi opibus abundarent) inculpatiſsimi,audet tamen reprobare oẽs vniuerſũmq; eccleſiaſticũ ordinẽ, propter quorundã defectus,nõ ſecus,quàm Antichriſtianiſmum damnare: Si ſic agitur,quis ſtatus nõ reprobandus ? Nec ipſe Apoſtolatus excipietur: Nec animo ſuo ſatisfacit noctua, tot pontifices ſanctos,reprobando,criminãdo,probris innumeris afficiendo,ac deteſtando, niſi vel monſtroſis picturis, ĩmaniſsimis feris ſimiles deformet,quẽadmodum intueor ſequente falſa Antitheſi, qua pingit Chriſtum proprias amicabiliter oues paſcentem,& pontificem, lupi rapacis figura inſignitum,eaſdẽ deuorantem: Num omnibus (etiã ſi auaritiæ ſtuduerint quidam) tam turpia conueniunt,vt claritudinis inclytiſsimæ Romanorum pontificum gloriam, gratiámque præcipuam,talibus monumẽtis,ſtatuis,eulogiis, hiſtoriiſque,merito decorarent noctuæ? Et ſi auaritiã prohibuit Chriſtus, num eccleſiaſticis tantummodo? Et ſi paupertatem indixit, at Clero non modo,verum omnibus: Quur autem,duas habere tunicas aut pecunias ferre,verbi miniſtris inhibuerit patefac, *serpens.*

Quibus ſint digni,verbi dei miniſtri,victu ſcilicet veſtituque aperit, cauens vna,ne earum rerum ſolicitudine,ab apoſtolico miniſterio retrahantur, quandoquidem, diuina illis prouidente

clementia

clementia, ea necessaria (vt pote quæ verbi dei ministris maxime debentur) suppeditabuntur: Porro hoc indicat illata conclusio, aut si mauis subiuncta dictorum ratio, nempe subiungit: Dignus enim est operarius cibo suo, mercede quoque: *Matt.10.* Alioqui & Christus (Iuda custode) loculos *Ioan.13.* legitur habuisse, qui tamē quod docuit, prius fecit: Et Paulus apostolus iubet penulā sibi Romæ *2.Tim.4* vincto afferri. De his multo plura diximus commentario in Matthæum. *Columba.*

Diuitiarum itaque possesio, Antichristū non facit, vt nec vxoris: Alioqui noctuæ omnes nubentes, maximè qui primam fidem faciunt irritā, Antichristi erunt: Nec beatissima virgo Maria, Antichristi nomenclatura infamāda est, tametsi cubiculum (quo caruit Christus) habuerit. Ambitio igitur, nequā opum vsus, mores quiq; praui, hæresis, infidelitasque, ac agnitæ veritatis impugnatio, & alia istiusmodi, Antichristum faciunt, non alia quęuis, ad Christum diuersitas. Et quum tales minime fuerint Romani pontifices, tametsi improbos fuisse quosdam (si noctuarū stridoribus creditur) contigerit, Cornute tamen infert, ex particulari vniuersalem. *serpens.*

Alias antiteses aliquot friuolas esse, hinc perpendes, vt quum Christum effingit, languidos incolumitati restituentem, Et Romanum pontificem, humano sanguine fuso exultātem: Pace gaudentem Christum, Pontificē autem, tumultibus & bellis deditissimum: Adhæc Christum mansuetum, Et superbum equitatu Pontificem: Christū è templo, vendentes & ementes eiicientem, Et Pontificem eosdem suscipientem, intro-

ducentémque: Chriſtum(præterea)leges feren tem,& pontificem eaſdẽ diſſoluentem. Poſtremè,Chriſtum cœlos aſcẽdentem,& Pontificem impetu magno,ruentem in orcum. *Columba.*

Bellis commentis iſtiuſmodi,iam obſtrigilare valeo: Peſsimo Phalangij genere, venenoſior Anonyma,quæ ſummorum pontificum quorũdam,& cleri vitia, mirum in modum exagerata, collegit tantummodo, diſsimulatis interim clariſsimis innumerorum virtutibus.Conuertitq́;, quæq; potuit (quantumuis honeſta) in venenũ, quo vniuerſis perſuadeat, nihil præter ſcelera, habere clerum,atque ita, totus ira concitatus or bis, in eum, quaſi in omnipotentis dei, totiusq́; reipub.infeſtiſsimum hoſtem,truciter deſęuiat. Dic contentioſa, & litium amatrix (vt ſingulis reſpõdeam Antitheſibus) Quot extitiſſe pontifices ſanctos legimus,& Roma. eccleſiæ præſules,qui ſanitatem egrotis,& mortuis vitã reſti tuerunt?Quot amicabili ouium paſturæ,tanquã fidi, vigileſq́; paſtores,haud ſegniter intẽderũt? Quot,ſobrietatis, continentiæ, manſuetudinis, patientiæ,humilitatíſque,mirificis virtutibus, à luxu,tumultibus,bellisq́; temperantes,Chriſtũ, manſuetudinis amatorem,& pacis,ſunt ſequuti? Quot(præterea)ſimoniam perhorrentes,Chriſti leges pro virib⁹ obſeruarunt?quotq́; pro eiſdem,mortem obierunt?Porro illos oẽs, Chriſtũ cœlos penetrantem ſequutos fuiſſe,quis niſi hæ reticus & blaſphemus inficiabitur? Adhæc, dic verſuta (quæ mendaciis ac fraudibus, vera peruertere niteris)quot reperias tales fuiſſe,quales tuis dedecoras laruis? Vix vnũ ex Romanis pon

tificibus

tificibus,tantis impiatum ſceleribus crediderim extitiſſe vnquam. Quod ſi quoſdam & perpaucos,tales fuiſſe cõtigiſſet (homines enim & peccatores fuerũt) ꝓbi autẽ innumeri quũ fuerint, nũ congruũ fuit,tot probris,innumeros bonos, propter paucos afficere, & apoſtolatum ipſum, quaſi antichriſtianiſmũ execrari?Et ſi in quouis ſtudio,nullius precij homines aliquot,facilè inuenias,bonos autem perpaucos, quos tamẽ maximo in precio habẽdos,Ethnicus Philoſophus affirmat, quãtominus propter paucos ſceleſtos, cõtemnẽda eſt multorũ proborum ſocietas? Ea eſt inſignis noctuę (de qua paulo ante,tantopere gloriabatur) charitas,quæ & Chriſtũ,& ſanctos eius,rabidis lacerare morſibus eam vrget:Nunc ad intermiſſas antitheſes redeamus: Domini noſtri,diſcipulorum ſuorũ pedes abluentis, & linteo extergẽtis,cerno imaginẽ. Ex oppoſita autẽ parte,ſumma mundi faſtigia(ſeu adorantia)Romani pedes Antiſtitis oſculantur.Næ,dignã admiratione,imitationeq; eovſque ſeſe demittẽtis Chriſti, humilitatem debuerat imitari præſul. Num(ſaltem)propter hanc tantã, ad Chriſti humilimini diuerſitatẽ, Antichriſtus nominãdus, pontifex merito erit? *Serpens.* Hoc ſummæ humilitatis exemplum, pontifici aut clero, propoſitũ eſt nõ modo, verum & fidelibus vniuerſis,nec magis plebi,quàm prĩcipibus: Qui & ſi honorentur à ſubditis(vt par eſt)nõ propterea Antichriſti dicendi erunt.Summus autem pontifex,Chriſti veſtigia ſequens, miſerorũ & inopum, propriis manib⁹ ablutos pedes, terſóſque, humilitate ingenti deoſculatur quotáuis, quod

Plato.

fecisse Christum proditũ non est, sed semel tan tummodo, discipulorum pedes lauisse, tersisseq;. Oscula autem impresisse, legimus nusquã: Porro, si summi pontificis (Christi in terra vicegerẽtis supremi) authoritatem veriti fideles, etiam principes) qui pauperum Christi moti exemplo pedes osculari non dedignantur) dilectione, deuotionéque præcipua moti, demisis ceruicibus, pedes osculentur, idque citra arrogantiam, sibi exhiberi præsul permitat, deo non sibi tribuẽs honorem, non propterea Antichristus, Bestia, aut idolum dicẽdus erit: Neque idololatræ, qui in pontifice (quem hominem non nesciunt) Christum venerantur. Suffragari autem noctuę,
*Acto.*10. quod nec Petrus, nec Paulus, aut Barnabas, passi
& 14. sunt sibi diuinos honores exhiberi, inficiamur: Quippe qui colere festinabant, ipsos deos arbitrabãtur, nec proinde alium quam diuinum cultum tribuere, contendebant: Quapropter corripiens Petrus, Cornelij ignorãtiam dixit, & ergo ipse homo sum: Paulus vero & Barnabas, turbis dicentibus, dij hominibus facti similes, descen-
Dialis, Io derunt ad nos, volentibúsque cum flamine diali,
uis. tauros & coronas sacrificare, dixerunt (à tantó eos continentes errore) Et nos mortales sumus, similes vobis homines, &c. *Columba.*

Quam piè doctéque, scrupum extrudis (charisime) Vnam tantummodo laruã superesse video, cui satisfactum mea opinione non est. Penultimæ satisfactum, in protreptico de Euchari stia, supra assenerasti: Huic porro ex omnib⁹ reliquæ satisfac. Christus dominus, totius ecclesię
*Matt.*17. caput præcipuum, immo dominus mundi, pro

se &.

se & Petro (sub Christo primario & præcipuo ecclesiæ totius principe) Romano soluit imperatori didrachma. Eius nẽpe ex scripturis autho- Roma. 13
ritas tanta comprobatur, vt & omnis illi anima subdita sit, non tantùm propter timorem, sed & propter conscientiam. At Romanus põtifex eximitur non modò, verùm & Clerum eximit vniuersum (quantumuis multorum possessorem bonorum) cùm tamen populares, viduæ, orphanique (quantauis egestate presi) grauissimis vectigalium prægrauentur oneribus. Hoc (sanè) à ratione videtur alienissimum, præsertim copiosa ecclesiæ patrimonia in res superuacaneas (ne peius dixerim) profundentibus clericis, & heu, nõ infrequenter. Hæcne diuersitas Antichristũ faciet? *Serpens.* Anonyma, perinde ac Striges reliquæ, temporalium magistratuum authoritatem quantum potest effert, ecclesiasticam (reuera) præstantiorem, & cui meritò subiiciãtur potentissimi principes, callida taciturnitate sepeliens, quò aduersum Romanum pontificem, Clerúmque omnem, laicos principes cõcitet. Haud (certè) aliter, qua aduersus rebelles inobedientes, & iurium ciuilium vsurpatores, quum tamen aliâs, authoritatem ciuilem Tyrãnidem esse velit Lutherus, infelicissimus Strigũ omnium parens. Quippe, & seditionẽ iam olim docuit, & rusticos ad tumultuandum excitauit non modò, verùm & in ea seditione, cõtra principes & dominos confortauit. Dic (soror amabilis) cui dictum est aliquando ciuili magistratui, Math. 16.
Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcũque

ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. Et quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolu-
Matt.18. tum & in cœlis. Item quæcũque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: Et quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo: Et qui eccleſiam non audierit, ſit tibi ethnicus
Iohan.20. & publicanus: Adhæc, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, re
Iohan.21. tenta ſunt: Præterea, Paſce agnos meos, paſce oues meas. *Columba.* Nulli (dubio procul) ciuilium magiſtratuum ſimilis eſt conceſſa
Rom.13. poteſtas: Tametſi illi parendum, nõ tantummodo propter iram, ſed propter conſcientiam: tributa quoque tanquam dei miniſtro pendenda, timor (præterea) honóſq; præſtandus ſit. Quãobrem eccleſiaſtici magiſtratus authoritatem, quacunque terrena præſtabiliorem, fatebor ingenuè. Nempe ſpiritualis eſt, cœleſtis eſt. Laicos (adhæc) magiſtratus, viuifici Lauachri ſacramento, per eccleſiam regeneratos, filios eſſe, non patres, oues, non paſtores, ſubiectos quoque in re ſpirituali (terrena quauis tãto excellentior, quãtum carnis & ſpiritus interuallum eſſe poteſt) non dominos. Eccleſiaſticos autem magiſtratus patres eſſe, ac paſtores ouium Chriſti. *Serpens.*

Scitè: Nunc decerne. Chriſtiani principes à quibus tributum accipiunt? Num filij à parentibus? Num oues à paſtoribus? *Columba.*

Nequaquam, etiam ſi parentes ſubditis longè ditiores eſſent: Indecorum (ſanè) non minus videretur in Chriſtiana republica, contráque ius omne, ſi eccleſiaſticum, ſpiritualem, cœleſtémque ma-

que magistratum, seruilem reddere presumeret terrena, temporalísque authoritas (quanquam corporeis viribus sit terrena potentia superior) quàm si in republica ciuili, subditi, & infimæ plebis populares (validioribus copiis præditi) magistratum ipsum ciuilem subigere molirētur. Id autem fieret, si ab Ecclesiasticis tributa exigerent ciuilis magistratus domini, qui à subditis tantummodo (vt dictum est) accipiunt tributa. Multominus igitur, est pōtifex Romanus, & totius ecclesiæ supremus, ad pendenda terrenæ potestati tributa cogendus. *Serpens.*

Adde, quum dominus sese cum Petro liberum *Mat. 17*
testatus sit, soluisse autem pro se & Petro, ne offenderet eos, qui didrachma pro imperatore exigebant: Indignum itaque esse, ab ecclesiasticis exigere tributa, intelligētes principes catholici, Constantinus, & reliqui syncerę fidei illius imitatores, abstinere ab istiusmodi exactione decreuerunt, & abstinendum firmauerunt (nō modò) verùm largissimas donationes, & regna amplissima, aut dederunt, aut auxerūt, aut certè ab inuasoribus & vsurpatoribus tutati sunt: Et si quandoque indiguerint temporali ecclesiasticorum subsidio, mutuatitiæ pecuniæ, aut gratuiti doni *De immu-*
nomine, & de summi pontificis indulgentia, pe *nitate ec-*
cuniarias suppetias ab eisdem sustulerunt, & sub *cle. cap. de*
lata restituerunt nonnunquam. *Columba* *clericis. §.*
[illegible]rasse obiectura est Anonyma in hūc mo *præcipit. in*
[illegible]emadmodū in spiritualibus, magistra- *6.*
[illegible]ui eccl[illegible]stico subiicitur terrenus imperator, eique sp[illegible]è, & humillimè paret. Ita & Clerus

principi in temporalibus ſubiicitur. Quur ergo eam ſubiectionem (ad quã ſpectat vectigalium penſio) ferre recuſat Clerus, & non potius pen-

Rom. 4. 13 det, vt iuxta Apoſtoli inſtitutum, omnibus debita reddantur, tributum cui tributum, vectigal

11 q. 1. Si tributum, & 23. q. 8. tributum. cui vectigal, & cui timor, timor, honóſq; cui honos? Addam, quæ hic ex iure Canonico prodit: Videlicet eccleſiæ poſſeſsiones, ſoluendo imperatori tributo obſtrictas, etiam iuris põtificij teſtimonio. Triplici iure nititur obiectio, naturali puta, diuino, & põtificio, cui (te rogo) ſatisfacias.

Serpens. Qui nobili ſunt genere nati, propriis principibus vectigales nõ ſunt, quãquam nullo ordine illis ſuperiores aut pares exiſtãt, ſed ſubiecti, iuríque tum naturali tum diuino obſtricti. Quid (quæſo) eos vetat vtrũque ius, adde & Cæſareum præuaricari? *Columba.* Quod indignum eſt (reor) genere claros & in potioribus obſequentes, ſordidorum penſione tributorum ignobilis ſeruitutis effici mancipia. *Serpens.*

1. Cor. 4. Quanto magis indignum erit, eccleſiaſticos, in rebus abſolutè optimis, principibus ſuperiores, inque illis principibus obſequentes (quippe miniſtri ſunt, tametſi patres, paſtoréſque) viliſſimæ ſeruituti ſubiicere? Nullum itaque ius præuaricantur, qui vel naturali, diuinóq; iure, à ſordidorũ vectigaliũ pẽſione eximuntur. Si ſcriptu-

Gene. 47. 23. q. 8. c. Tributum. ras ſanctas requiris: Quum tẽpore famis, cunctorum Aegyptiorũ terrã ſibi emeret Pharao, ſacerdotibus ita neceſſaria ſubminiſtrauit, vt nec poſſeſsionibus, nec libertate nudarentur, Domino extunc pronunciante, ſacerdotes in omni gẽte, liberos

liberos esse oportere. Quod non ignorarunt ca tholici principes, Constantinus, Constans, Valentinianus, Iustinianus, aliíque, eã immunitatem ecclesiæ tribuentes, aut certè confirmantes potius. Porrò, principem (ex seruatoris instituto) in re spirituali, & salubri, sacerdoti subiici, genus clarum non dedecorat, sed magis honestat. Cæterùm, quod de pontificio iure opponitur, eodem iure dissoluitur, dicente pontifice Vrbano, De exterioribus ecclesiæ, quod constitutum antiquitus est, pro pace & quiete, qua nos tueri, & defensare debent, imperatoribus persoluendum est, quanuis etiam huiusmodi non videantur imperialibus exactionibus subiiciundi. Hæc ille, motus iam citata, diuini voluminis historia.

Cod. de Sacrosanctis ecclesiis. l. placet.

23. q 8. Tributum.

Columba.

Sed grauari plebem, Clero in luxu agente, & abundante opibus, queruntur cum noctuis permulti: Consultius proinde acturos principes, si egenæ plebi vectigalis parte remissa, à pinguissimis clericis & monachis extorqueãt, vnde necessitatib⁹ suffragẽtur. Quod nec à ratione prorsus alienum videtur. *Serpens.* Ioseph domin⁹ Aegypti à Pharaone (authore deo) cõstitutus, vir vtique pius, clemens & iustus, vsque adeo Aegyptiis popularibus molestus fuit, vt eos (priusquã fame premerẽtur) liberos regi, ppetuò seruire coegerit, iam distractis præ inediæ magnitudine cũctis cũ mobilibus tũ immobilibus possessionibus, quũ tamẽ sacerdotes eorũ vel superstitiosi, omnimodã libertatẽ (ꝙ sterilitatis tẽpore gratis illis prouidebatur) retinerent. Quod

(q̃ſo) popularibus malũ, hoc vno grauius accedere poterat? Quis vero, Ioſeph ſuggillare audeat? Exiſtimabat planè vir admiratione digniſsimus, plebeios & ſacerdotes (etſi ſuperſtitioſos) ad paria haud iudicandos: Nec aliter iudicarũt optimi quiq; principes Chriſtiani. *Columb.t.* Magna (certè) in diuinis reb⁹ dei miniſtrorum libertas. Porrò, quid iuris, ſi rebus tributo obnoxiis donẽtur, aut certè vectigales agros, & alia iſtiuſmodi, immoderatius acquirant, alimẽtis, & quibus tegantur, minimè contẽti? Num alienatio rerũ iſtiuſmodi taliter facta, eo vſque dño temporali officere poterit, vt ꝓprio iure meritò priuetur? Quid, adhæc, ſi indigni tãta libertate extiterint eccleſiaſtici? Quippe, nihil prorſus minus eſſe videntur, quàm id, ob quod tanta potiuntur libertate, puta dei & eccleſiæ miniſtri: Siquidem ea miniſteria omnino negligunt, quæ dei & eccleſiæ decẽt miniſtros, illi præſertim, qui pinguiores eccleſiæ prouentus percipiunt. *Serpens.*

Quæſito priori reſpondetur: Quũ concedens, aut diſtrahens, ius quod habet duntaxat, concedere, aut vendere poſsit, res iſtiuſmodi vectigales transferuntur cum onere, niſi princeps liberas conceſſerit, aut certè ab inferioribus conceſſas, & tributo obnoxias, à ſeruili conditione abſoluerit. Poſteriori autem reſpondeo, illorum culpam eſſe, quorum ſuffragio, ad tales dignitates euehuntur, quos triſte manet ſupplicium, ſi nõ idoneos delegerunt: Sin idonei promoti, propria tamen culpa poſtmodum deprauati ſunt, attendenda tamen eſt eorum authoritas (vt ſuprà

dictum

dictum est) dignitásque, tametsi vitam eorum multo diligentius, quàm oporteat, intueatur hominum malignitas: Nec magis debito sunt honore frustrandi, quàm improbi parentes, donec ecclesiastica animaduersione, talium adimatur authoritas: Neq; omnes mali sunt, & multo pauciores extiterunt. Faxit (vtinã) omnipotens, vt nulli posthac tales sint futuri. *Columba.*

Plus satis desyderio meo satisfecisse te, liberè confiteor (dilectisśime) pulchréque, illustrisśimæ Aquilæ præceptum absoluisti. *Serpens.*

Audisti argutos vespertilionum stridores, quibus, tot incautos lamẽtatur tam facilè pellectos Sacrosancta Aquila, fidelium omnium generosa parẽs. Antitheses (præterea) quibus mox profligatam iri ecclesiasticæ hierarchiæ tranquillitatem tantopere gloriabantur Striges, impudentibus linguis obstrepentes, propediem futurum, vt omnino nullus ex vniuerso, aut sacerdotali, aut monachali instituto inueniretur. At iã multi præteriere dies, nec tamen speratorum compotes scelerum factæ sunt, planè euidentisśimum inanisśimi conatus earundem argumentum.

Columba.

Serua perẽniter (ô Seruator strenuisśime) Spõsam tuam, regnum tuum, domum tuam, locum habitationis tuæ, ouiléque tuum, sacrosanctam Aquilam.

FINIS.

Colloquium perfamiliare, aduersus cæremoniarum diuini cultus oppressores editum. Colloquutores Agapetus, Philagathus, Lysimachus. Martino Pistore dominicano authore.

Agapetus, dilectus: Philagatus benignus. Lysimachus, pugnam dissoluens.



GAPETVS. Diuinæ liberalitatis munere donatus (Philagathe charissime) in concussã hucvsque fidem, præcipuorum non modò nostræ salutis mysteriorũ habui, verùm & sacrarum diuini cultus cæremoniarũ ritum, & ab vniuersali Ecclesia persanctè editũ, probatúmq;, & à Christifidelibus religiosè obseruatum, syncero semper corde credidi. Quæ autem hisce cæremoniarum integerentur velaminibus mysteria, perparum antea inuestigabã, ratus & certò sciens, nihil ab vniuersali Ecclesia sancitum esse, nihílque approbatum ac vnanimiter obseruatum, quod optimis tum consiliis, rationibus, tum disciplinis, quódq; sacrorum arcanorum non sit plenitudine refertum. Porrò hoc flebili sæculo, tenebriones quosdam, & heu, nimiùm multos animaduertens, tam sanctas diuinæ religionis cæremonias non aliter execrari & fastidire, quàm insanos quosvis errores, et inuẽta, dæmonum instinctu percitorum hominum, deliria, earum percunctãdi rationem desiderio succensus sum vehementi. PHILAG. Eadem immensa dei bonitas me (licèt immerẽtem) putidis hæreseon seruauit ex vndis. Contendere audio lucifugas illos, & mendaces, & dolosos, vt

& ac-

& accensa in sacris ædibus luminaria suffocētur, & sacra aqua(quam benedictam vocat simplicitas) effluat,effundatur,explodatúrque. Superstitionis quoq; insimulare eos, qui res eiusmodi quasi sacras obseruantes venerantur. Harum cæremoniarum præsertim rationem, si acquiescis (dilecte)inuestigare curabimus. AGAPET. Acquiesco. Lysimachum intueor hilari nobis facie occurrentem: nosti hominem? PHILAG. Apprimè, quem & studiorum sanctorum existimo asiduum sectatorem. AGAPET. Hūc aliquot iam annis,in sacris habui lectionibus eruditorē. Nobis is (spero) patefaciet corporeis cæremoniarum eiusmodi contecta velamentis. PHIL. Occurramus proinde venienti. AGAP. Dominus tecum, præceptor amantissime. PHILAG. Saluus sis Lysimache studiose. LYSI. Vos quoque incolumes & saluos esse velit, qui omnium se timentium salus est. Cuius rei gratia tam opportunè vnà cōuenistis, quæso, edicite. AGAP. Nos deiungere disimilitudo non potest, haud sinit amor dissociari. Coætaneos cernis, collegas nos esse non ignoras. Atqui discendi auiditas tē pestiuè nos tibi obuios fecit. PHILAG. Cupimus fieri ex rudiorib⁹ doctiores. Dic (obsecramus) fasne est percunctari de rebus ad diuinum cultum spectantibus, quarum haud satis comprehendimus rationem? LYSIM. Pium religiosúmq; est (viri Christiani) modò firmissimi in fide percunctemini: alioqui impium & execrabile est in rebus istiusmodi esse ancipites. AGA. Incōcussa semper fide credimus certissima esse,

verisimáq;, quæcunque ex scripturis sanctis sacrosancta nobis tradidit Ecclesia: adhæc sanctas ambigimus minimè, quas diuini cultus, nostræq; eruditionis caussa instituit cæremonias. Verũ enimuero, in perpetuis delitescẽtes tenebris vulpes, cæremonias istiusmodi, superstitiones appellitantes, & falsos dei cultus contendentes, fœdissimis nos vrgent clamoribus, de cæremoniarum ratione inquirere, alioqui nec fas erit, nobis ista ignorantibus, veritati oblatrantes redarguere, sed nec illis obstrepere quidem. LYSIMAC. Igitur inquirite. PHIL. Edissere (rogamus) quid traditæ nobis ab hominibus cæremoniæ eiusmodi demonstrent. AGAP. Quid Christianis
Iohan. 4. (quos in spiritu et veritate patrem adorare conuenit) crassioribus cæremoniis opus est? LYSI.
Roma. 10. Nunquid corde ad iustitiã creditur, quod sacrorum est misteriorum viri optimi? PHIL. Apostolo teste creditur. LYSIM. Nunquid eorũdem oris exigitur confessio ad salutem? AGAPET. Indubiè exigitur. LYSIM. Quid (rogo) impietatis erga deũ admittit, aut certè superstitionis, qui corde ad iustitiam credita, quę fidei sunt (existima) salutis nostræ mysteria, oréque vltroneè affirmata, externis exprimit signis, ac profitetur? PHILA. Illũ iustè reprehẽdit nemo, qui præter synceram cordis fidem, & vocalem oris confessionem, internam externis signis testatur credẽtiam. AGAP. Sanè is aliter increpãdus non est, quàm fidissimus quispiam famulus, dilecti principis insigne fęrens, quo sese haud perfidũ principi famulum testatur, internum erga principẽ affectum

affectum habere haud satis esse ratus, vt nec vocali confessione fidelitatem testari, nisi quoque externũ istiusmodi fidelitatis symbolũ accedat. Solent qui principi Francorum Christianissimo & militãt & famulantur, aut torque aureo,(colli summíq; pectoris ornamento)aut cãdidæ crucis insigni, aut certè aliis gratis principi signis, milites sese,aut famulos testari, hau d exoso principi testimonio. LYSIM. Solerter admodũ respondistis. Et diuini cultus cæremoniæ, externa quædam sunt eorum, quæ corde ad iustitiam credimus & ore ad salutem cõfitemur, testimonia, adde & vitæ christianæ,frugi ac necessariæ commonitiones. PHILA. Optatò faustéq; te offendimus.Iam enim mentis meæ caliginis nonnihil depulisti, ingenii quoque mei ignorantiam aliquantulum adiuuisti. AGAP. Ex te præsertim audiamus(vt de ceteris cæremoniis sileamus interim) quidnam significent accensa in sacris ædibus, gestatáque atque præsentata diuis à fidelibus luminaria.Et cur(immundo prius spiritu, exorcismo pulso) aqua (quam benedictam vocitat vulgus)sacratur, aperi. LYSI. Differamus loco priore de ardentibus faculis, cereolis, aliísq; fidelium luminaribus. Posteriore autem,aquæ sacræ inuestigabimus rationem. PHIL. Iuxta decretum tuum,fiat vt vis. LYS. Testamur imprimis eo sensibili lumine,ad id conformiter quod corde ad iustitiam credimus, & ore ad salutem confitemur, IESVM CHRISTVM dominum *Ioh.8.9.11* nostrum,lucem mundi,diémque,lumen æternæ *Luc.2.* vitæ, ad reuelationẽ gentiũ,& gloriã Israëliticæ

plebis, è sublimi exortũ, eúmq; è cœlo in terras, dissimulata diuinæ naturæ maiestate descẽdisse quò mundi totius tenebras aboleret, ipsúmque fulgentissimo sacratissimæ fidei splendore (in nihilũ redacta peccatorũ & ignorãtiæ caligine) perfunderet. Atqui corporei solis huius præsẽtía, quum nobis, ab inferis surgens, in altum oriatur, hic tamen totius sol iustitiæ, fons, & pater luminis saluriferi, è sublimi exortus, ad nos
1 uc.1. descẽndisse, à propheta describitur. Visitauit nos oriens ex altò, inquit, quo illucescat his qui in tenebris sedent, non quidẽ oculorum sed morũ, & si oculorum, non tamen externorum quibus album & nigrum, sed internorum quibus verũ & falsum (in his quæ ad salutẽ pertinent) iustũq; cernimus & iniustũ. Tale est solis iustitiæ & corporei solis discrimen. AGAP. Exercere, audire gestiẽtibus haud detractes, cur tale vtriusq; solis discrimen esse voluit deus, vt ille ima petat è cœlo descendens, hic verò ab infimis ad superos proficiscatur, cùm tamen sol iste sensibilis, splẽdidissimi illius solis imago quædam sit, quæ similitudinem exigat. LYS. Sol iste, ab antiquis fax cœlestis dictus, adhæc oculus mũdi, cor cœli, diei iucunditas, naturæ regimen, ac numen siderum, cœliq; rector, imago quædam est, filium dei IESVM CHRISTVM dominum nostrũ exprimens, & persimilis quidem, at non ad plenum repræsentans. Si enim solem hunc externis oculis visibilẽ fuerit quis sequutus, inferna vnde prodierat repetentẽ, atra, cùm occiderit, circũdabitur caligine, qui autẽ sequutus fuerit occasum

nunquam

nunquam facientem clarissimum ipsum iustitiæ solem, in altum vnde descenderat redeuntem, in tenebris ambulabit nunquam, sed in lucem proficiscetur sempiternam. In supernis planè lumen esse, optimo psalte eruditore, didicimus, in quo spendidissimum lumen perenniter videbimus, IESVM CHRISTVM deum & hominē verū, qui æternæ nobis vitæ felicitatem conferat. Vt itaque confidant pij quiq; CHRISTI sequaces, ab omni iniuria metuendarum tum intellectus, tum affectus tenebrarū semper sese fore liberos, ipsum superbenedictū solem Iesum Christum, è sublimi ortū cecinit, sacro actus numine Zacharias, præcursoris & testis luminis pater. PHIL. Luc.1. Iohã.1.
Aiunt maledici illi (quos tenebriones & lucifugas appellauimus) nos omnes, qui Romanū antistitē, Petri successorem, summūmq; catholicæ Ecclesiæ sub Christo verticem ac pastorē arbitramur, internis oculis captos, sacratissimū orthodoxæ fidei lumē adhuc non vidisse, pro salubribus deteriora sequutos fuisse, Lutherū dubio procul hæreseon cœno inquinatissimū verum huic cæcutienti sæculo (vt aiunt) lumen attulisse. Et alia innumera (tam multos firmæ libertatis prætextu dementantes) impudentissimè ementiuntur. Vnde quæso tam diutinæ tenebrarum caligines, si qui Christum sequūtur, in tenebris non ambulant? LYS. Decerne, Philagathe, qui Christum verius sequuti sunt, ij qui Christi exēplo innocentiam ac iustitiam complexi sunt, innoxia vndiq; vita, innocentis sectantes vestigia Christi, charitatem, patientitiā pacē humilitatē,

mititatẽ, benignitatẽ, bonitatem,longanimitatem, modeſtiam, continentiam,caſtitatem,& ſi quas alias velis virtutes:aut qui nõ ſecus ac ſues, cœnoſæ libidinis ſpurciſsimum ardentes volutabrum, aliáq; pruriẽtis carnis opera, veneficia, inimicitias,cõtentiones,iras,rixas, diſſenſiones, hæreſes, inuidiã,homicidia, ebrietates,cõmeſſationes, híſq; ſimilia, Chriſtum tametſi verbis fateantur,iniquis tamẽ operibus abnegarunt? PH. Indubiè qui innocuos Chriſti innocẽtiſsimi ſunt mores imitati. LY. Dic tu mi Agapete,qui inter Chriſti ſequaces primas tenent, qui ſignis & virtutibus, propriæ integritatem fidei,& religionis pietatem cõprobarunt, aut qui nullis vſq̃ miraculis digni habiti ſunt, eadem tamen fidei tenẽtes dogmata,piè vixerũt? AGAP. Si non eſt mentita veritas dicens, Signa eos,qui crediderint, hæc ſequẽtur. In nomine meo dæmonia eiiciẽt, linguis loquẽtur nouis,ſerpẽtes tollẽt,&c.Et qui credit in me,opera que ego facio,faciet, & maiora horum faciet:qui patratis diuina virtute miraculis claruerunt, locum priorem iure ſibi vẽdicabunt. LY. At (quæſo) quem ſibi locum meritò vendicare præſument, qui tantorũ virorũ, fidei ac vitæ, tã temere detrahũt? AGA. Quàm procul à veritatis abſunt celſitudine, aberrant ſanè tota via, longéque vagantur buccones eiuſmodi. LYS. Scitè ac ſubtiliter reſpondiſtis vterq;. Haud igitur in tenebris ambularunt ſanctiſsimi illi (quorum ingens eſt numerus) Apoſtolorum ſancti ſpiritus primitias poſsidentium ſucceſſores, qui admirãdis virtutibus, ſpectatione

Galat.5.

Marc.16.

Ioan.14.

Buccones, qui tumidioribus ſunt buccis

Roma.8.

ne dignißimi apparuerunt. Adde quid profuisset admirãdo illi priorũ fidelium cœtui Christi domini præsentia, quá ad finem vſq; ſeculi ſuis pollicitus eſt, ſi priſci illi ſucceſſores Apoſtolorũ noſtræ fidei anteſignani, mortiferis tenebris circũdati, ex hoc neq̃ ſeculo emigrarunt? Accẽſam lucernam ſeſe aiebat, quæ ſuper candelabrũ, non ſub modio collocaretur. Quid proinde inſanius, quàm accenſam omnium illuſtrationi gentium lucernam, abſconditam hucvſque ſub modio contendere, núncq; primum (ab apoſtolis) verũ fidei lumẽ extinctum, Lutheri ſuorũq; doctrina reuixiſſe, tanta pertinacia defendere, vt verius & efficacius illuminatus cẽſendus ſit orbis terrarum vniuerſus, peſtilẽte Lutheri caligine, quàm lucis eiúſq; radiorũ vbique gentium effuſo ſplẽdore? Colligimus itaque, accenſam à Patre lucernam, ſuper candelabrum, & non ſub modio poſitam ſingulis dei domeſticis, etiam antea illuxiſſe: haud proinde oppreſſum, aut obductum quouis pacto, ab Apoſtolorum temporibus huc vſq;, fidei orthodoxæ admirabile lumen. PHI. Hæc argumenta iuſtè & apertè monſtrant, Lutheri ſuorúmq; dogmata non aliter quàm cæterorum hæreticorum omnium doctrinas varias eſſe, vt apoſtoli verbis vtar, & peregrinas, quibus abducuntur, qui integræ mentis non ſunt. Verùm enimuero maledictis & conuiciis Pontifices inſectãtur hæretici, ob prauos quorũdam, & ſucceſſoribus Apoſtolorum indignos mores. LYS. De fidei noſtræ dogmatibus, non de moribus, nobis res eſt. Lupi ſunt rapaces qui (vt

Matt. 5.

Lux Christus, radij apoſtoli.

1. Pet. 2.

Hebr. vlt.

licentius gregem vorent) incautas plebes eo in pastores dolo concitant. Illorum nempe plerîq; pij sunt, & de republica bene merentes. In Ecclesiastes quoque veridicos petulantissima lingua feruntur, probra iactãt, hypocriseos eos insimulantes, non equidem quòd parum pij sunt eorum complures (exceptis fidei dogmatibus) sed quòd in eos asperiores sunt, eorúmq; in publicum strophas proferunt: Alioqui quum hæreticorũ sint corruptissimi mores, illos amauisse conueniebat, quorũ studia, in moribus saltem, haud disparia esse existimant. AGAP. Non ob mores igitur, licèt de moribus querantur, sed ob dogmatum diuersitatem fideles persequuntur hæretici. LYSI. Iustè colligis. AGAP. At dissoluenda quæstiuncula restat. Eadémne, quæ nos, instituta & dogmata fidei tenuerũt crediderũtq; prisci illi tantopere à te paulò antè commendati Patres, morum integritate Christo persimiles, & digni Apostolorũ successores? Scrupulum iniecit morum vtrorumq; magna dissimilitudo. Nos equidem pro carnis nostræ imbecillitate flagitiosi sumus, & ad voluptates propensissimi. LYS. Eadem prorsus, quin & eisdem nobiscum cæremoniis, quæ corde ad iustitiã crediderunt, oréq; ad salutem confitebantur, professi sunt. PHIL. Insperatè prætérq; opinioné abs cœpto digressi sumus: adreuoca (quæso) orationem. LYSI. Eo præterea sensibili, referente Christum, lumine, nostri admonemur officij. AGAP. Quòd (rogo) officij genus narras? LY. Charitatis. PHILA. Quid à nobis exigitur, debitum repetente charitate

ritate officium? LYS. Vt magna in instãtia flagitemus, ne eos diuina lux aberrare permittat diutius, qui in tenebris & in vmbra sedent mortis, at magis depulsis totius vitæ erratis, illorũ, sacro lumine duce, dirigantur affectus in viam pacis supernæ. AGAPETVS. Verè salubris commonefactio. Nostri posthac simus officii memores (collega dilecte) quum dicatas deo flammas intuebimur. PHIL. Manet, tam idoneum ad Deũ promerendum genus officij, alta mẽte repostũ. O verè infelices, qui tam piam commonitionẽ execrantur! LYS. Adde blasphemantes quæcũq; ignorant: in his autem quæ norũt, tanquam animalia bruta corrumpuntur. Gestatis prętereà accensisq; in supremi luminis honorem candelis, cereolis, ac facibus, profitemur nos veræ lucis & diei sempiterni filios, quod & corde ad iustitiam credimus, & ore ad salutẽ cõfitemur. Quippe hoc ipsum scripturæ produnt. Apud Ioannem dominus hortatur dicẽs, Dum lucẽ habetis, credite in lucem, vt filii lucis sitis. & apud Lucam exponit quosdam esse huius sæculi filios, filiis lucis prudẽtiores in generatione sua. Apostolus (adhæc) Omnes vos filij lucis estis, & filij diei. Eisdem quoq; luminaribus (quibus nos lucis testamur filios) admonemur eã lucem sinceritate fidei, spei stabilitate, ardore charitatis, ĩnocuísq; moribus insequi, illíq; obsequi, atq; perpetuò inseruire. Id si nos fecisse (dei beneficio, aliâs mini mè) deprehenderimus, officiis respondere memores simus, gratias pro viribus benignissimo referentes lumini. Sin diuersorũ nos criminum

Ioan. 12. Luc. 17. 1. Thess. 5.

tenebris obductos agnouerimus, tundentes pe-ctora, suppliciter & cum lachrimis à domino veniam postulemus, sumptóq; correctionis vitæ proposito, pientissimum lumen deprecemur, vt viuere deinceps cócedat, haud secus ac veræ lucis filios. AGAP. Fidele studiosúmque lucis filiorũ officium, sacras gestare dextera flammas, quo & corde ad iustitiam credita testantur, & ore ad salutem expressa profitentur, & ad gratiarũ actiones, pro diuinæ lucis beneficio innituntur, aut certè pro erratis pœnitere admonentur. PHIL. Imò gratas deo (summo lumini) flammas ferre, gratiarum actio quedam est, pro experta diuinæ in nos lucis benignitate, aut certè pia, & diuinæ luci grata admissorum satisfactio. LYS. Testamur dein eo sensibili lumine, futurá sanctorũ resurrectionem, resumptis ab vno quolibet post longam dormitionem, solis instar fulgentibus corporibus. AGAP. Et hoc quoque sacris est cóforme scripturis, nostræ fidei nostræq; religionis articulis. LYS. Admonemur item, eandem & credere & sperare, resurrectionis sanctorum gloriam, claritatem, & splendorem, hortamúrque vnà talem agere vitam, quæ tam gloriosæ

Rom. 8. resurrectionis felicitate digna appareat. Ad hæc

Philip. 3. persuademur, piis ac cedulis pulsare clamoribus verum ipsum iam olim è mortuis per gloriam patris suscitatum lumen, vt reformatum corpus humilitatis nostræ configuret suæ corpori claritudinis. PHIL. Beatam certè, tum admonitionem, tum suasionem. LYS. Gestamus insuper in sacris ædibus luminaria, exultationes nempe,

gestusq;

gestusq; internam ostendentes animi exhilarati lætitiam. AGAP. Ah, quî fieri potest, vt fideliũ cuiuspiam sponsi absentis filiorum animus re quauis hoc in exilio exhilaretur, & extrinsecus exultet, efferatúrq;, & quasi saltibus internũ patefaciat gaudiũ, cui absente sponso lugendum esse, ob patriæ dilationem, quineniam ob intolerabilem impiorũ omniũ violẽtiam, ex scripturis docente cognouimus? LYS. Fateor ingenuè, quã diu per fidem ambulamus, non per speciem, ingemiscimus grauati corporea ac corruptibili mole, cupientes dissolui & esse cũ Christo, aut certè vt absorbeatur quod mortale est à vita. Proinde Apostoli sanctissimi, quamuis primitiarum sacri spiritus potiti, omniúmque spiritualium voluptatum plenitudine referti essent, intra tamẽ semetipsos gementes adoptionem filiorum Dei, proprij puta redemptionem corporis, præstolabantur. Nihilominus tamen, gloriabantur variis tentationibus probati, omne gaudium existimãtes, cùm in tentationes eiusmodi inciderent. Nobis quoq;, ob infaustam corporis conditionem, moresque complurium sinistros illachrymantibus, gaudium ingens, animi exultationem, lætitiámque parit felicissimus expetitarum olim à sanctis regibus, patriarchis, & prophetis rerum euentus. AGAP. Quarum rerum, tam felicem euentum memoras? LYSIMACH. Admirandorum percupidè salutis nostræ mysteriorum, quæ longè aspicientes, & salutantes patriarchæ, reges, & prophetæ, votis ardentibus ea videre desiderabant, nec tamen piorum fuere compotes

Matt. 9.
2. Cor. 5.
Rom. 8.
Rom. 5.
Iac. 1.
Heb. 11.
Luc. 10.

votorum. Nobis autem ea videre est cõcessum. Ideóque gestatis luminaribus exultantes, internam hoc pacto ostendimus exhilarati animi lætitiam. PHILAG. Sacrosancta hæc mysteria, ob quæ nobis tam meritò exultandũ est, incunctanter, quæsumus, aperi. LYSIMACH. Septẽ præcipua sunt. PHILAG. Clara recitentur voce, & audiamus. LYSIMACH. Incarnati verbi Dei, & concepti de spiritu sancto, in MARIA virgine illibata, Natiuitas. Pasio, mors, sepultura eiusdẽ verbi & filij virginis, descensúsque ad inferos subsequitur. Vnum & alterum tenes. Tertium quartúmque ausculta. Inuictæ aliis mortis victor resurrexit tertia die: is idem qui mortuus fuerat, perfractis spoliatísque inferis, tandem vitæ redditus, & per dies quadraginta, eis qui eum ab initio dilexerant apparens, victor & triumphans cœlos penetrauit, innumerísque sanctorum comitatus animabus, patrẽ adiit, ad cuius dexterã residet, donec subiiciat inimicos filio pater omnipotens. PHILAG. Quintum audire gestio.
Ephe. 1. LYSIMACH. Instauratis in CHRISTO, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, patreque facto propitio, egregium illud perpetui Dei erga nos amoris pignus, sacrum flamen (quo filij Dei agãtur)
Rom. 8. cœlo demittitur alto, cuius beneficio Apostolica (totius orbis condimenta) pectora omnium plenitudine charismatum perfunderẽtur. PHILAG. Sextum subnectens, septimúmque, voto satisfacies. LYSIMACH. Sextum (quod ab Apostolis ad finem vsque seculi peragitur) omnium est vocatio gentium (per euangelij in toto orbe exten-

extensionem)ad fidem mediatoris nostri,admirabile(certè)tamen, cuius directione perambulabunt fideles & electi viatores quique, donec per generalem omnium resurrectionem (septimum & postremum nostræ salutis mysterium) perfecta, perennique beatitate gloriosi, morte perpetuo exitio deuota,Luci sanctissimæ reddãtur, quam Abrahæ & semini eius pollicitus est, qui per omnia sæcula regnat Deus. PHILAG. Abũde satisfactum est mihi.Prosequamur quod cœpimus.LYSIMA.Sunt igitur in sacris ædibus flammantia,aliisque in locis in supremi luminis honorem accensa luminaria,protestationes piæ admodum, commonitiones vehementes, orationes cœlos penetrantes, gratiarum Deo non ingratæ actiones,satisfactiones Deum ipsum placantes, exultationes piorum,aliáque multò plura(quæ inuestigare oculatus quilibet ex prænarratis poterit)modò integro animo cuncta peragantur. AGAPE. Si reliquis fidelium cæremoniis similia integuntur,in malam crucem abeat, qui eas inutiles esse contendet, & quasi superstitiosas aspernabitur. Isthæc nos antehac latuere,at deinceps aspirãte Deo,recordabimur, quàm salutaria sunt religiosorum patrum instituta. PHILAG. Rectè fecerimus, si horum omnium commeminerimus,& ea executioni mandauerimus. Atqui dicti mi sunt talium rituũ contemptores, te (Lysimache) inuentis istiusmodi, sacerdotum auaritiæ consuluisse. LYSIMAC. Si eo animo,eáque intentione, quæ prænarrata est, ardentia gestaueris luminaria, te iustè accu- 1.Cor.15.

Rom.4. ſat nemo, damnat ac reprehendit nullus, etiam ſi hæc primùm inuenta eſſent. Nempe in rebus iſtiuſmodi ſineretur quiſque in ſuo ſenſu abundare. Tantò magis igitur ea venerari oportet, quòd illa à ſanctiſsimis patribus tenenda & obſeruanda accepimus. Qui ſacerdotum lucris præſidium ferre voluerit, ferat. Ego (Deum teſtor) tam impij ſum propoſiti expers, puta, vt talia fingam, quò conſulam ſacerdotum commodita-
1.Timo.5. tibus. Scio quidem eos, qui bene præſunt, multiplici honore dignos habendos, maximè qui laborant in verbo & doctrina: quorum iura vtinam tueantur, qui eas partes habent. Abſit autem, vt quibuſcunque figmentis conſulam ſacerdotum augendis opibus. Offerat cereos qui volet, ceſſuros in vtilitatem ſacerdotum: nemo, exceptis ſacerdotum iuribus, offerre quicquam cogitur, ſacris tamen flammis vti ad Dei cultum, ſanctum ac religioſum eſſe, conſtanter affirmo. PHILAG. Aiũt lucifugæ hæretici, nos inſanos, deliros, & ſuperſtitioſos adeò eſſe, vt Deum ſanctóſque eius, mortuóſque, in quorum exequiis præmittuntur tædiferi, aliíque flammiferi, qui funus præcedant, credamus talibus ignibus illuſtrandos. LYSIMAC. Quemadmodum ſol iſte, quem hiſce cernimus oculis, nõ eſt ſenſibilis cuiuſcunque luminis indigus, ſed ſibi ſufficiens: ita nos falsò ſuperſtitionis inſimulant, qui certiſſimè ſcimus Deum ſibi, ſanctíſque, ac in CHRISTO mortuis ſufficere. AGAPET. Verùm quid proſunt defunctis, funeſta luminaria, ſi proteſtationes & admonitiones eiuſmodi ſunt? Illi

nempe

nempe quum vitæ munia peregerint,neq; commoueri poſſunt , neque profiteri valent, neque in eo ſunt ſtatu,in quo meritoriè orare valeant, aut fieri ſuarum precum exoratores.LYSI.Haud tibi inutilia videbuntur, ſpero, viatorum peracta,pro mortuis ſuffragia.AGAP. Abſit,niſi fortè fallamur,qui credimus defunctorum animas, piabile quippiam ſecum deferentes,poſt hāc vitam expurgari , priuſquam mundiſsimis ſpiritibus conſocientur. LYSIMA. Non fallimur, qui de purgandis animabus credimus , quod credidere illi , quorum fidem comprobarunt prodigioſæ, & omnem excedentes ſecundarum vim cauſſarum, virtutes,vt ſupra narratū. Eam quoque de purgandis animabus fidem(ſacroſancta ſequuti,totius eccleſiæ catholicę decreta,ac nōnullorū doctorū , piorúmque hominum ſcripta clariſsima) iuſto volumine, ex ſacroſanctis ſcripturis, per omnipotentis luminis gratiam, iam olim confirmauimus.Si itaque abſolutioni piarum animarum iſtiuſmodi , plurimum confert, apud altiſsimum intercedere,ſacroſancta & illibata ſacrificia altaris,aliáque quæuis offerre, miſericordiæ operibus earum reſpectu indulgere, ieiuniis illarum cauſſa, vigiliis,ac ſanctis laboribus ſeſe affligere,earum vice orantes dicere,Pater noſter qui es in cœlis,&c. & dimitte nobis, &c. De profundis clamaui ad te domine,domine exaudi orationem meam, &c. & conſimilia ad diuinam promerendam clementiam in conſpectu altiſsimi effundere,ſuperſtitioſum nō erit aut inutile,ſuprà narrata mortuorum vice,teſta-

ri,& cætera eorum respectu perficere. PHILA. Superest palam facias, cur sacras flammas tantopere abominãtur hæretici. Vtinã quæ dicta sunt, si tamen ignorant, resciscerent, quo nobiscum illa venerarentur. LYSIMA. Non aliter quàm mera prestigia,& dæmonum ad fallendos quoslibet inuenta execrãtur, principis tenebrarũ suggestu & afflatu decepti & circunuenti. Siquidem veram ipsam odit lucem tenebrarum princeps, Deum fastidit, contemnítque Christum. Haud proinde mireris, si illius osor est lucis, quę & supernam illam lucem refert, exprimitque,& tam salubrium est monitrix consiliorum. AGAPE. Haud secus (suspicor) quàm improbo odiosa sunt hosti victoriosi principis impressa aut vexillis, aut clypeis, aut famulorum vestibus, aut certè aliis rebus, haud profananda signa. LYSI. Non inscitè es ratiocinatus. Claudamus riuos. Abunde & quantum opus est, de accensis in supremi luminis honorem flammis dictũ esse puto. Nunc tardior aliô vos (reor) nósque hora inuitat. Quod superest, die proximè venturo (si cõprobatis) superno lumine duce, absoluemus. Iam bene valete viri egregij. PHILA. Tu quoque vale interim. AGAPE. Fausta nox tibi con tingat, optime præceptor. Amen.

De

De ratione aquæ sacræ, quam benedictam Christiana docilitas appellitat, colloquium. Colloquutores iidem.

PHILAGATVS.

MEum mirãdum in modum animum oblectarunt, quæ de luminarium in sacris ædibus ardentium ratione, die hesterno, pro sua solertia, prosequutus est Christianus Lysimachus: ac proinde ea audire percupio, que de aquæ sacræ arcano illius est industria depromptura. Secretiora quædam (reor) contegit mysteria hoc sacratum elementum. Deus bone, quot in aquarum substantia sacramenta condidisse Deum, quámque magnifica, ex scripturis paßim legimus! Nempe à principio conditi vniuersi, ferebatur spiritus domini super aquas, factúmque est firmamentum in medio aquarum, diuisæque aquæ, quæ sub firmamento erant, ab his quæ erant super firmamentum: ac tãdem de aquis producta sunt, teste Mose Hebræorũ vate sanctißimo, vniuersa animæ viuentis reptilia, volatilia quoque cœli. Gene.1. AGAP. Prodigiosum sanè & admirabile constat ex innumeris scripturarum locis hoc aquarũ elementum. Fluuius (subinde aiebat Moses ille Israeliticæ gentis dux inclytus) egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum paradisum, qui inde in quatuor capita diuiditur, quibus irriguus redditur orbis terrarum vniuersus. Gene.2. Aquarum cataclysmo legimus oppressum (paucis in arca Noe

Gene.7. ſeruatis)genus hominū omne.De flumine Aegy
Gene.41. pti Nilo boues ſeptem pulchras & craſſas nimis aſcēdere,vidit per ſomnium Pharao Aegyptiorum princeps: ſeptem alias, ex eodem emergere flumine, fœdas quidem & macie confectas, moxq́ue intuitus eſt, quæ illas deuorarunt,quarum erat ſpecies admiranda,non irridendum futuræ rei portentum, quippe annos ſeptem futuros feraces,& totidem ſteriles ſine mora ſequuturos,qui ſua inopia, præcedentis perderent vbertatis magnitudinem, ea inſomnia præſagi-
Exod.14. bant. Rubri maris aquis abſumptus Pharao periit,cū curribus & equitibus, à dura ſeruitute in libertatem reſtituto Hebræorum populo. Miſit
Exod.15. Moſes quod oſtenderat Deus lignum, in aquas amariſsimas,& ſimulatque in ducedinem verſæ
Exod.15. ſunt. Venerunt filij Iſrael in Helym, vbi erant duodecim fontes aquarum,& palmę ſeptuaginta,& caſtrametati ſunt iuxta aquas. Aquam pro-
Exod.17. fudit Moſes è populo ſitienti. Aſsiccatur Iorda-
Nume.20 nis fluminis abundantia,& tranſit populus. Ad-
Ioſue.3. aquas probatur populus,cum Gedeone aduerſus
Iudith.7. Madianitas pugnaturus. Aquas refectionis legimus,ſup quas ſe gloriatur educatū Dauid. Aqua
Ezech.47. egrediebatur à latere dextro templi quā ingreſſus Ezechiel vado tranſire non poterat. In Euāgelio,aquæ ab Angelo commotio narratur, in
Ioh.5. quam qui prior poſt motionem aquæ deſcēdiſſet,ab infirmitate quacunque detineretur, leua-
Ioh.3. batur. Naſci denuo nos oportuit, alioqui regno Dei exactos & exules fieri.Porrò ex aqua renaſcimur dicente domino: Niſi quis renatus fuerit

ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnũ Dei. Legimus & aquas Siloe, ad quas mittit cæcum dominus vt viſum recipiat. Credi nõ poteſt, Philagate generoſe, quanta exceperim voluptate, prænarrato detecta colloquio. Ea autem quæ de prodigioſo aquæ narrauimus elemento mihi ſecundam præſtolanti collationem in mentem venerunt, qua me auditurum talia ſpero, quæ mentem meam multò ſalubrius reficiant, quàm voratæ æpulæ quæuis corpuſculum hoc meum reficere poſsint. PHIL. Mox aderit Lyſimachus noſter. Cernis quàm maturè ac celeriter nos aggreditur? AGAP. Felici fauſtóque nos reditu offenderis, Lyſimache ſtudioſe. Prænarratorum ſuauitudine delectati, ingentique di cendorum illecti cupiditate, aſſumus incredibili auiditate expectantes, quæ externo nobis pollicitus es die. LYSIM. Quòd diſcendi auidi eſtis (viri optimi) vni omnium chariſmatum largitori Deo, gratias agens, acceptum refero. Dum præſtolamini promiſsionis abſolutionem, reminiſcor interim, quàm ſalebroſa extiterit pridiana definitio, quamque humanarum ſum literarum expers. Quamobrem vereor plurimum coram auritis illiteratus verba facere. PHILA. Plus eloquentiæ habes, Lyſimache chariſsime, quàm noſtra exigat exercitatio, noſtrorumque ſtudiorũ tenuitas. Satis (adhæc) facundiæ, tametſi te exiſtimes rhetoricæ prorſus expertem, ac ſermone idiotam plebeiumque. Abunde igitur pluſque ſatis, quàm nobis opus eſt, declamando ſatisfacere potes. Agedum, & pro ingenij dexte-

Iohã. 9.

Definitio coactæ in ſe atq; cõplicatæ rei explicatio.

Declamare, hic docere ſignificat.

ritate, debitum(promiſsionis iure)perficere cura. AGAPE. Vt probum hominem, licèt pannoſum, minimè execramur, Simiam purpuratam non admiramur, arborum fructus(nõ folia)magnificamus, nec rhetorum ſolemnes apparatus, aut pompas, nec oſtentationes oratorum veneramur, at multomagis iuſtitię refectionem, quãquam aſpero ſermone, incultaque oratione intectam magnificamus, & admiramur, amamus, ambimus, & Chriſtiani viri ore confectam libẽter vocamus. LYSI. Neglecta igitur verborum oſtentatione, de aquæ ſacræ diſſeramus inſtituto. Imprimis animaduertite, aquam proborum Eccleſiæ orthodoxæ antiſtitũ conſilio, nec ſine ratione, conſecratam, bonorũque hominum laudabili conſuetudine, benedictam nominatã, externum eſſe ſignũ, viuifici regenerationis ſacramenti(cuius eſt elementaria aqua materies) repræſentatiuum, non aliter quàm externo crucis

Galat. 6. ſigno, crucem ſaluatoris noſtri Chriſti Ieſu, paſſionemque ac mortem, gloriam noſtram(Apoſtolo teſte)reſcimus, reuocamuſque in mẽtem. Quî fieri poteſt, vt hoc ſignum religioſum ſit, illud verò ſuperſtitioſum? Quemadmodum enim cõſpecto crucis ſigno, ſacra, Deoq; (ꝓ noſtrorũ expiatiõe delictorũ) accepta, innoxij agni mihi ſuccurrit immolatio, eáque memoria prouocatus, immenſæ noſtri ſaluatoris charitati gratias refero: ita & ſacratæ aquæ aſperſione, natiuitatis ſpiritualis ad vitam æternam myſteriũ mihi in mentem venit, quod quum in nobis, per nimiã

Dei

Dei omnipotentis misericordiam expletum sit, ad gratiarum actiones indubiè prouocamur. PHIL. Non abs re(video)constituerũt prouidi Ecclesiæ sanctæ pastores, vt aqua, ad populi aspersionem, benediceretur,ac sanctificaretur. Quippe eo pacto crebrius resciscũt,sese sacro regenerationis mysterio, regeneratos ad vitam fideles,quos primi omniũ parentes,ad mortẽ genuerant:hincque meritò ad gratiarum prouocãtur actiones. LYS. Eo(adhæc)sacrato elemento quum aspergimur, externo signo profitemur, nos ad vitam,ex aqua & spiritu sancto renatos, nostri seruatoris secuti apud Iohannẽ decretum: *Iohan. 3.*
Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quum autẽ eo spiritualis renascentiæ mysterio,semel tantũmodò renouemur, quippe irreiterabile est, ociosum non erit, ipsum frequenti huiusce consecrati elementi aspersione protestari. AGAP. De sacro baptismate,nõ iterando, quum obscuram difficilémque exponeres diui Apostoli ad Hebræos epistolam,interpretabaris illud: Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum Dei cœleste,& participes facti sunt spiritus sancti,&c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes filium Dei sibimetipsis,&c. eam enim ad pœnitentiam renouationem, per recrucifixionem filij Dei, non in carne propria, sed in semetipsis, iteratum baptisma aiebas. Ad hunc quoque modum interpretabaris illud epistolæ eiusdem: *Heb.6.*
Volũtariè peccantibus nobis post acceptam no- *Hebr.10.*

titiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, &c. Quod illic renouationem per filij Dei recrucifixionem, id est, iteratum baptisma, hîc iterandam hostiam appellabat, aiebas. Taliũ dictorum tuorum immemor non sum. At diluci dari cupio (si dignum putas) quid sit hominem ex aqua & spiritu sancto ad vitam renasci. LYS. Qui ex aqua & spiritu sancto renascitur, peccato moritur, viuit autem Deo per Iesum Christum.
Rom. 6. Consepelitur Christo, vt illi commoriatur. Actu cum Christo resurgit, si animam spectes, sin verò corpus attẽdis, resurgit in spe. Abducitur a corpore peccati, quod est veterrimus cũ omnibus filiis suis Adamus, & vnitur corpori iustitiæ, Christo (existima Adamo recentiori) cum filiis
1. Cor. 15. suis. Quemadmodum Christus omniũ electorũ caput est, ita Adam omniũ carnis filiorũ. Christus cum electis omnibus, vnum corpus est iustitiæ. Sic Adam cum omnibus reprobis hominibus, vnum est corpus peccati. Si Deum in Christo spectes, sunt electi omnes, eius filij. Sin humanam in eo naturam cõsideras, nõ confunditur, nos fratres suos appellare, inquiens, Narra-
Psalm. bo nomen tuum fratribus meis. Circunciditur
Hebr. 3. (præterea) qui renascitur, circuncisione nõ manu facta, qualis erat prioris illius peccati circuncisio, sed circuncisione Christi, in expoliatione
Colos. 2. corporis peccati, illi consepultus in baptismo. Educitur itẽ de vetustate peccati, crucifixo ve-
Rom. 6. teri homine, & noua conspersio nouáque crea-
1. Cor. 5. tura efficitur, assertus ab ira, mortéque & damnatione perpetua, aliisque ærumnis & infelici-
tatibus

tatibus innumeris, quarum expromere non paucas potest doctus & pius quisque. AGAP. O diuinam certè natiuitatem, quæ tantorum bonorum complectitur catalogum! PHILAG. Quũ omnia spiritus sancti bona charismata, spirituali illa natiuitate complexa videantur, & aquæ sacræ aspersione, illam (vt defendis) protestemur, profitemur vnâ, eo externo signo, quicquid illa secum vehit bonorum, quę (sanè) corde ad iustitiam credimus, & ore ad salutem confitemur. LYSI. Piè admodum colligis. Ea quoque aspersione commonemur, in nouitate vitæ ambulare. Rom. 6. Si enim ea aspersio, mysterium, quo peccato morimur & iustitiæ suscitamur, repręsentat, admonet certè & vt peccato mortui, non illi vltrà fructificemus, peccati opera exercentes, & vt viuentes iustitiæ, quæ iustitiæ sunt indesinenter persequamur, perficientes (iuxta Apostoli decretum) sanctificationẽ (dubio procul baptismalẽ) in timore Dei: quod est in nouitate vitæ ambulare. AGAP. Sed quorsum sacræ aquæ aspersio, si quis polluta, aut si mauis, prorsus abiecta baptismali sanctificatione, carne inquinatus, & spiritu, vitæ fuerit vetustatem sequutus? LYSIMA. Aqua sacra cum inuocatione diuini nominis aspergatur, illachrymet, & peccatum suum multiplex, ac varium agnoscens, multitudinem imploret miserationum domini, magnóque cordis desiderio poscat, concedere dignetur diuinus fauor (sine quo nihil potest mortalis infirmitas) ambulare posthac iugiter, in vitæ nouitate, ad sese quam renatum arbitretur, horũ nos admo-

net sacræ aquæ aspersio. AGAPE. Salubris sanè admonitio, quæ non facilè memoria excidat. PHILAG. Rem dubio procul memorabilem à piis parentibus accepimus. LYSI. In mentē prętcrea reuocat resurrectionis, ac glorificationis corporū beatam spem, quā sacri baptismatis (in cuius repręsentationem aqua aspergimur, cúiúsque est aqua materies) iure vendicamus, nostramque esse dicimus. AGAP. Et hanc quoque resurrectionem corde & credimus & certò spe ramus, oréque confitemur passim. LYSIMA. Adhæc, aquæ sacræ aspersione, & signo admoniti prouocamur, piis desiderare votis, assiduisq; illum: qui propter institutionem nostram resurrexit, pulsare precibus persuademur, vt illius tam gloriosæ resurrectionis nos participes dignetur efficere, hisce corporibus (nūc infinitis calamitatibus obnoxiis) ab omni exemptis ærumnarū omniū malitia. Hoc ipsum gementes Apostoli sanctissimi flagitabant, quorum nomine aiebat ille gentium doctor: Nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionē filiorum Dei expectātes, redemptionem corporis nostri. Rursumque: In hoc ingemiscimus, habitationem nostrā, quæ de cœlo est, superindui cupiētes. nam & qui sumus in hoc tabernaculo (corporis huius mortalis existima) ingemiscim⁹ grauati mortiferis illius conditionibus eo tamē nolentes expoliari, sed magis superuestiri cupiētes corporum mortalitate per vitam absorpta. Ac si diceret, Cupimus ea cœlesti ac felici vita donari animas nostras, quæ graues huius mortalis

Rom. 4.

Rom. 8.

2. Cor. 5.

talis corporis cōditiones prorsus deglutiat abs- 1.Cor.15.
que morte,ac sic fiat mortale, corruptibile, inglorium,infirmúmque & animale corpus, absq; morte & corruptione,immortale, incorruptibile, gloriosum, virtute præstans, & spirituale.
AGAP. Et hoc ipsum quibusdam in fine sæculi concedendum, te docente didici. Illis(nempe) 2.Thess.1.
quos piè viuentes offendet dominus, quum iudicaturus orbem vniuersum, reuelabitur è cœlo,apparebítque cum angelicis potestatibus, in flamma ignis,daturus vindictam his qui non nouerunt Deum,& qui non obedierunt Euange- 1.Thess.4
lio suo, glorificandus, ad hæc, in sanctis suis, è quorum numero,qui mortui sunt resurgent primi: qui verò viuentes erunt, cum suscitatis, rapientur in nubibus, obuiam sponso profecturi, beata absque morte immortalitate donati, nisi forsitan in ipso raptu,morte pauxillum detineātur,vt quibusdam placet,aiebas, hæc mihi succurrunt,quæ ex te audiui quum illum prioris ad Thessalonicenses epistolæ locum interpretaba- 1. Thess.4
ris:Quoniā ipse dominus in iussu,& in voce archangeli,& in tuba Dei,descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus,qui relinquimur,simul rapiemur cum illis in nubibus obuiā Christo in aera,& sic semper cum domino erimus,&c.Sed quid in cacodæmones virtutis habet sacræ aquę aspersio?quid,adhæc, valet aduersus morbos?In ipsis nanque aquę & exorcismo & consecratione,effugandæ potestatis inimici fit mentio: Ad

hæc eradicandorum & explantandorum angelorum rebellium, qui adeò apoſtatauerunt: Præterea & morborum pellendorum. LYSIMACH. Aqua ſacra cum inuocatione diuini nominis aſperſa propellit, abigit, & exturbat deformes ipſos, apoſtatas, venenoſóſque ſerpentes, impios dæmones, omnémque immundorum ſpirituũ ſpurcitiem. Loca in quibus reſperſa fuerit ſanctificat, ne illic obmaneant latentes inimici inſidiæ, néve perſtent quæ incolumitati habitantium aut quieti aduerſantur, morbóſq; corporum plerunque aſperſio eiuſmodi profligat. Quæ omnia ſæpenumero experti ſunt, experiũtúrque haud infrequenter non pauci fidei ſyncerę viri fœminæque. Quid ni fidelibus, iſthæc in nomine Chriſti petentibus, conceduntur per aſperſionem aquæ, elementi multis modis purificati ſanctificatíque in nomine ſanctiſsimę trinitatis, exque decreto ſanctiſsimorum pontificum ad earum rerum conſecutionem exorcizati & conſecrati: quum infideles, aſperſione aquæ crucis ſignaculo ab illis ipſis obſignatę, & dęmones ab obſeſſorũ corporibus fugaſſe, & morbos graues exploſiſſe narrentur? Narrat nempe diuus Epiphanius epiſcopus Conſtantiæ Cypri, quę & Salamina dicitur, vir & doctiſsimus & ſanctiſsimus, de Ioſepho quodam Iudæo valde obdurato, quanquam frequenter vt in Chriſtum Ieſum crederet etiam diuinitus admoneretur. Quum (inquit) dictus Ioſephus valde ęgrotaret, dominus illi per ſomnij viſum apparuit dicens: Ecce, ſano

Lib. I. Tomo 2. cõtra hæreſes.

ſano te, ſed tu vbi ſurrexeris crede. Vbi autem conualuiſſet rurſus à morbo, non credidit. Itaq; ſano ipſi dominus rurſus apparet per ſomnium conquerens de ipſo quòd non crederet, & promittit illi, dicens: In certitudinē fidei, ſi quod voluerіs ſignum diuinum in nomine meo operati, inuoca me, & ego faciam. Erat autem quidā inſanus in ciuitate Tyberiade (in qua dictus Ioſeph⁹ morabatur) qui nudus per vrbem circuibat, & quum ſæpe veſte indueretur, eam dilaniabat. Ioſephus igitur volens experiri viſionem, dubitās adhuc, aſſumit hunc intro, & præcluſis foribus, acceptaque aqua in manum, eaque crucis ſignaculo ſignata, inſanum hominem reſperſit, ac dixit: In nomine Ieſu Nazaræi crucifixi, egredere dęmonium ab ipſo, & ſanus fiat. Homo verò magno clamore edito, humum prolapſus, & multa ſpuma ab ore emiſſa lancinatus, ad multum tempus immotus permanſit. Ille verò poſt tempus, perfricta facie ſurrexit, & conſpicatus ſuam nuditatem, ſeipſum occultauit, & manus pudendis prætendit, non amplius ſuſtinens, propriam nuditatem videre. Itaque amiculo ex his quæ apud ipſum Ioſephum erant indutus, ad ſtatum prudentiæ ac modeſtiæ deuenit, ipſique viro ac Deo magnas gratias egit, gnarus quòd per ipſum ſalus ſibi cōtigiſſet. Adhuc tamen permanſit Ioſephus obduratus corde. Tandem eum crediſſe ſubnarrat, ac euaſiſſe Conſtātini tunc imperatoris Chriſtianiſsimi amicum, qui cùm in Tyberiade, templum de licentia imperatoris, vel

inuitis Iudæis,Christo ædificaret, ad quod opus erat calce & alia materia, ac proinde caminos extra vrbem fieri misisset,Iudæi præstigiis & incantamentis ignem ligauerunt ne in caminis operaretur, accepto vase aquæ coram omnibus (multitudo enim ingens Iudæorum confluxerat ad spectaculum, euentum videre cupidi, & quid Iosephus facturus esset)magna voce crucis signaculum proprio suo digito vasi imposuit, & inuocato nomine Iesu, sic dixit: In nomine Iesu Nazarei,quem crucifixerunt patres mei,& omnium horum circunstantium, fiat virtus in hac aqua, ad reprobationem omnis incantationis, ac magiæ, quam hi fecerunt ad efficaciam potentiæ ignis,ad perficiendam domum domini. Et sic accepit aquam in manum, & de aqua singulos caminos respersit,& dissoluta sunt incantamenta,& ignis coram omnibus emersit. Ecce quantũ valuit aqua à laico viro in nomine Christi benedicta(Iosephum hunc laicum non clericum fuisse idem Epiphanius scribit)ad reprobãdas magorum præstigias, & effugãdam omnem potestatem inimici,adq́ue pellendos morbos,& profligandos dæmones ab obsessis corporibus. Quanto efficacior (indubiè)erit aqua ex decreto & constitutione sanctissimorũ Ecclesiæ Dei præsulum,à fideli sacerdote in nomine sanctissime Trinitatis, cum humili diuinæ & immensæ clementiæ Dei inuocatione, purificata & consecrata, tot tamq́ue salutiferis obsignata signaculis,tot(ad hæc) obsecrationibus, vt sacra fiat, &

potens,

potens,diuinæque gratię ſumat ad explodendos dæmonas impios, pellendóſque morbos, cæteráque efficienda quæ ſupra narrata ſecundũ effe ctum, roborata, & ſale per Deum viuum, per Deum verum, perque Deum ſanctum exorcizato, diuinaque pietate ſanctificato, & illi admixto felicitata,quotienſcunque cum inuocatione nominis Chriſti ſuper populum fidelem, quoqu omodo reſperſa fuerit? PHILA. Potenti conuincis ratione ingentem aſperſionis aquæ conſecratæ virtutem.Erimus igitur poſthac tam ſanctæ aſperſionis ſolito ſtudioſiores(humaniſsi me collega) atque in ipſa aſsiduitate, tam diuinis officiis reſpondere pro viribus curabimus, gratias amantiſsimo parenti referentes, quòd beatiſsimæ natiuitatis, & feliciſsimæ regenerationis nos fecerit participes. Precabimur (adhæc,ipſa commonefacti aſperſione) vt nos à cũctis delictorum omnium ſordibus purgatos & mundatos, non patiatur deinceps, dæmonicis fraudibus irretiri, qui aduerſæ dominationis vires reprimit, qui inimici rugientis ſæuitiam ſuperat,qui hoſtiles nequitias potenter expugnat, quíq; in hoc apparuit, vt diſſoluat omnia opera diaboli: ſed ſic in vitę natiuitate ambulare poſtmodum concedat,vt nobis illam, ad quam ſpiri tuali renaſcimur generatione, vitam tandẽ impartiatur genitor cœleſtis. LYSIMA. Valet item aquæ ſacræ aſperſio aduerſus ferinam immanitatem,beluinamque rabiem,ſi geſta hoſpitæ domini ſanctiſsimæ intuitus fueris. Ipſa nempe le-

gitur draconem ingentem homines & beſtias deuorantem & naues ſæpius ſubmergentem, ad clamorē populi Taraconen. plangētis, aqua benedicta aſperſiſſe, ſigno crucis in eum edito, cinguloque alligatum populo lacerandum tradidiſſe. PHILAG. Ah, & hæc omnia increduli & imperſuaſibiles hęretici, ceu meras nugas aſpernantur, contendentes nihil admittendum eſſe, quod ſacris haud proditur voluminibus. LYSIMAC. Reiiciunt etiam permulta, quæ ſacra volumina produnt. Nos porrò illa recepimus quæ multorum proborum virorum firmauit authoritas. Quippe in ore duorum aut trium teſtium

Deut.19. Matth.18. 2.Cor.13.

ſtabit omne verbum. Fieri igitur non poteſt, vt laudabile, vtile, ratum, firmúmque, ac certum, non ſit, quod tam multorum Eccleſiæ Dei tum præſulum tum aliorum vtriuſque ſexus piorum hominum conſtitutionibus, obſeruantia, honore, reuerentia, cultu, aliíſque quàmmultis teſtimoniis iſtiuſmodi, adde & diutiſsima totius Eccleſiæ Chriſtianę conſuetudine roboratum eſt, de aquæ benedictione, cōſecrationéque ac eiuſdem (cum diuini nominis inuocatione) aſperſione ſacrum inſtitutum. Mirum itaque eſt, eſſe hoc ſæculo tam inconſideratos, qui magna veneratione dignam, pervtilemque cæremoniam, reiiciendam contendunt. AGAPET. Otioſum crediderim nunquam, omnimodam diuini nominis gratiam, cum memoria ſacri baptiſmatis inuocare, quod fit per aquæ ſacræ aſperſionem. Purgat (reor) aſperſio iſtiuſmodi, ab eo peccati genere,

genere,quod veniale dicunt, vt de reliquis effe-
ctibus(de quibus abunde dictum est)iam tacea-
mus. LYSIMA. Purgat sanè, gratiæ quoque spi
ritus sancti non minus promeretur augmentũ,
quàm alia quæuis (exceptis sacramentis) fidei
opera. Vnde Alexander primus, Romanæ Ec-
clesiæ pontifex & martyr sanctissimus, qui pri-
mus dicitur instituisse, vt aqua ad aspersionem
populi benediceretur, de efficacia aquæ sic in-
quit: Aquam sale consperſam populis benedici- Ex decretis
mus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur ac purifi Alex. I.
centur,quod & omnibus sacerdotibus facien- quorũ pars
dum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ asper- habet De
sus sanguine populum sanctificabat atque mun cõsec. dist.
dabat, multomagis aqua sale aspersa, diuinísque 3. Aquam.
precibus sacrata,populum sanctificat atque mũ-
dat. Et si sale asperso per Helisæum Prophetam, 4.Reg.2.
sterilitas aquæ sanata est, quantomagis diuinis
precibus sacratus, sterilitatem rerum aufert hu-
manarũ,& coinquinatos sanctificat, atque mun
dat & expurgat, & cætera bona multiplicat, &
insidias diaboli auertit,& à phantasmatis versu-
tiis homines defendit? Nam si tactu fimbriæ
vestimenti saluatoris, saluatos infirmos esse non
dubitamus, quantomagis virtute sacrorum eius
verborum diuinitus sacrantur elementa,quibus
sanitatem corporis & animæ humana percipit
fragilitas?Hæc ille. AGAPE. Rationem quoque
admixti salis reddere videtur sacratissimus an-
tistes. Si enim sal per Prophetam(spiritu afflatũ
diuino)in fontẽ missus exitialium aquarũ, mor-

tem ex eis abegit, ſterilitatémque propulit, ſanitate reddita, & dulces ac potabiles reddidit ex peſsimis (quemadmodum narrat locus ille ex regum volumine) vtique & diuinis (authoritate Eccleſiaſtiaca) exorcizatus, & conſecratus verbis ſal, ſacræque, admixtus aquæ inutilis non erit, ſed mortem ſterilitatémque aſperſus, è rebus protundet intinctis & aſperſis, omnem diabolicę fraudis fugabit nequitiá, omnémque ſpiritum immundum, & ſanitatem ſumentibus cõferet animæ & corporis, provt in ſalis & exorciſmo, & benedictione clarè exprimitur. LYSIMAC. Rectè admodum, ac piè. Etenim ea ſalis & aquæ admixtio occaſionem ſumpſiſſe & exordium videtur ex facto Helyſæi. AGAPE. Purificat igitur à culpis leuioribus, quas veniales dicunt, ſine quibus vitæ huius pelagum traiicere non poteſt (vt reor) mortalis infirmitas, aquæ ſacræ, cum fiducia & inuocatione diuinæ miſericordiæ, aſperſio. Adhæc, & diuinę promeretur (ſi qui aſperguntur, Deo grati ſunt) gratiæ, omniúmque ſpiritualium bonorum augmentum. LYSIMA. Adde. Remittit quoque plus minúſve, aut certè prorſus, ſecundum operantis diſpoſitionem, ſi quid ob iam condonatas, & Chriſti pietate aboletas culpas grauiores, commeritæ vltionis diuinæ, & obligationis ad pœnam, ſuperfuerit. AGAPE. Atqui aiunt plerique, culpam pœnitentis ſic cõdonari à Deo, vt tollatur prorſus & in nihilum redigatur, & vſque adeò abrogari, vt ne odor quidem illius relinquatur.

Quî

Quî ergo faris, diuinam ſupereſſe vltionem, & ad pœnam reatum, obliterata(redemptoris noſtri pietate)culpa grauiore? LYSIMAC. Supereſſe nonnunquam ad pœnam reatum, remiſſa adeò culpa grauiore, palàm fecimus in dialogo, de purgandis poſt mortem quorundam animabus, priuſquam in cœlum admittantur. PHILAG. Iſthæc minimè perpendunt, qui de elementi huius tum exorciſmo, tum benedictione & conſecratione, tum aſperſione, inſtitutum abrogandum eſſe, quaſi ſuperſtitioſum, contendunt. Prouidendum nobis diligenter (dilecte Agapete) vt aquæ ſacræ aſperſione quotidiana purificemur, qui ſine leuioribus culpis (etiam ſi grauiora delicta cauerimus) diem tranſigimus nullum. Quippe, ſepties in die cadit iuſtus, & reſurgit. Nec dicere, vt non ſeducamur, poſſumus, peccatum non habemus. Ahæc, in multis offendimus omnes, ob quod (indubiè) grauem commeruimus vltionem, tametſi Deo per pœnitentiam haud infrequenter reconciliati (vt ſentit optimè Chriſtianus Lyſimachus) vtque deinceps munditiei ſtudeamus, reſtituti in gratiam aſsiduo indigemus diuinæ gratiæ auxilio. Proinde (dilecte) aquæ ſacræ frequenti poſthac aſperſione & expiemur à reatibus cunctis, & diuinæ promereamur augmentum gratiæ, cōtinuumque patrocinium. Supereſt iam ediſſeras, quid eis, qui pacis ſomno detinentur, prodeſt, quum illorum funera, loculos, aut ſepulchra, aqua ſacra conſpergimus. LYSIMAC. In

Prou.24. *2.Iohan.1.* *Iacob.3.*

Christo dormientium fratrum vice,loco & nomine profitemur, gratias agimus, oramúsque, quæ pro nobis profitebamur, quæ precabamur, & pro quibus gratias referebamus, vtque à venialibus reatibus cunctis, omníque pœnæ vinculo absoluantur, per iustitiam assertoris nostri Iesu Christi domini nostri, obsecramus, sacri baptismatis memoriam ea aspersione renouantes, & celebrantes. PHILAG. Eorum demiror stupiditatem, qui tam salutarem ritum, tamque sanctam cæremoniam, non aliter quàm superstitionem meracissimam execrantur. LYSIMA. Vt meritò oderant rubrum mare Ægyptij, quo Pharao, omnísque cum currribus eius equitatus oppressus est, asserto in libertatem ab Ægyptiaca seruitute Hebręorum populo, sic & sanctissimum illud regenerantis aquæ pelagus odit, horrétque obscœnus Sathanas, quandoquidem in eo profligatur, omnísque ad perniciem deducitur fœdissima scelerum nostrorum acies. Abominatur (præterea) quicquid illud refert. Nil igitur mirum, si eius suggestu, aquæ sacræ constitutum, perinde ac alios sacrosanctæ Ecclesiæ ritus, auersantur hæretici. Nempe ea exprimunt & repræsentant, quæ vera & salubria sunt (quum
Iohā.8. tamen mendacij pater sit Sathanas, & exitij) eaque quæ corde ad iustitiam credimus, & ore ad salutem confitemur. Quidni odit isthæc omnia? Tanto siquidem Dei superbenedicti., hominúmque odio ardere conuincitur, vt illorum caussa, non solùm quæ sacra sunt, verùm & quęcunque

cunque ipsorum sunt, cupiat interire & destrui. Vnde & antequam sanctum Iob tentare permit- Iob.1.& 2 teretur, omnem illius substantiam interfecit, quæ vitam habuit, reliquam diripuit. Cæterùm alia quæcunque Dei opera, nulla alia caussa magis odit, quàm quòd ex Deo sunt. AGAP. Per bellè, quod promiseras, absoluisti. PHILAG. Haud immeritò te amamus & veneramur. LYSIMACH. Valete viri Christiani. Dominus cu- Philip.4. stodiat corda vestra, & intelligentias vestras, vtque felices vitam sempiternè agatis, idem ipse faxit, à quo felicitas omnis. Amen.

FINIS.

